Act. SS. t. c. 72-82; 3ª ed. 83-93. — In quibusdam codicibus (et in editione cit.) in media Vita inserta est Passio **2** S. Memorii; cf. *Act. SS.* t. c. 77 (3ª ed. 88), annot. *d*; 80 (3ª ed. 91), annot. *o*.

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. xxi. 16. — Petrus de Nat. vi. 156.

4. MIRACULUM. *Inc.* Lupum antestitem apud Tricassinorum... urbem... Ad cuius basilicam Mauri cuiusdam servus... [5090

*GREG. TURON. *Glor. conf.* 66 (67).

Lupus m. in agro Turonico. *Vid.* **Maura** m. cum novem filiis.

Lusor puer in vico Dolensi, saec. III extr. — Nov. 4.

MIRACULUM. *Inc.* In Dolense autem Biturigi... [5091

*GREG. TURON. *Glor. conf.* 90 (92).

Lut... *Vid.* **Liud... Liut...**

Luxorius et soc. mm. in Sardinia, sub Diocletiano. — Aug. 21.

PASSIO. *Inc.* Temporibus suis Diocletianus et Maximianus imp. a diabolo — *Des.* in crypta sepelierunt. Cuius fidem passionis, prout necesse est, si qui habeant... Amen. [5092

MOMBRITIUS, II. 63-64; || *Act. SS.* Aug. IV. 416-17.

Macarius ep. Aberdonensis. *Vid.* **Mauritius.**

Macarius Aegyptius ab. in Scete, saec. IV extr. — Ian. 15.

1. VITA. *Inc.* Narrabant autem nobis... quod in locis illis duo Macarii... Hinc denique ferunt aliquando, cum homicidium in locis vicinis — *Des.* etiam cetera eius opera noscuntur. [5093

*RUFINUS, *Hist. mon.* 28 (*Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 193-96; || *P.L.* XXI. 449-52); || *Act. SS.* Ian. I. 1013-14; 3ª ed. II. 295-96.

2. VITA. *Inc. prol.* Illa autem quae de praedicabilibus ac bb. referuntur viris duobus Macariis — *Inc.* Ex his duobus M-iis unus quidem genere Aegyptius — *Des.* ille tantus decertator quievit in Dño. [5094

*PALLADIUS, A. 6, pars prior (*Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 943-45; 2ª ed. 949-51; || *P.L.* LXXIV. 267-70); || SURIUS, I (1570), 66-68; (1576), 66-67; (1875), 69-71.

3. VITA. *Inc. prol.* De magnis et praecipuis et ss. ac bb. viris — *Inc.* Duo namque Macarii erant, unus quidem Aegyptius — *Des.* splendore semper gaudere. [5095

*PALLADIUS, B. 9 (*Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 983-85; 2ª ed. 989-91; = *P.L.* LXXIV. 354-59).

4. EPITOMAE.

Leg. aurea, c. 18. — PETRUS DE NAT. II. 81.

Macarius Alexandrinus ab. in Thebaide, saec. IV extr. — Ian. 2.

1. VITA. *Inc.* Alius etiam s. M. magnificas etiam virtutes consummavit — *Des.* qui requiret, inveniet. [5096

* RUFINUS, *Hist. mon.* 29 (*Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 196-200; || *P.L.* XXI. 452-55).

EXC. *Act. SS.* Ian. I. 88-89, n. 34-36.

2. VITA. *Inc.* Illum autem Macarium, qui Alexandriae presbyter fuit, vidi in his locis quae Cellae nominantur — *Des.* ex factis s. M-ii vel dictis significavi. [5097

* PALLADIUS, A. 6, pars altera (*Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 945-48; 2ª ed. 951-54; || *P.L.* LXXIV. 270-77); || SURIUS, I (1570), 68-72; (1576), 67-72; (1875), 71-77.

Est ubi praemissus sit prologus ad Phidosum (cf. *Catal. Paris.* II. 486, 4°) qui *inc.* " Vere mundum quis dubitet meritis stare sanctorum... " [5098

3. VITA. *Inc.* Alium autem M-um contemplatus sum Alexandrinum presb. — *Des.* et parietes istos custodio. Haec pauca ex eius multis indicavi gestis. [5099

* PALLADIUS, B. 10 (*Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 985-88; 2ª ed. 991-94; || *P.L.* LXXIV. 359-65).

EXC. *Bibl. Casin.* III. Floril. 294-96.

4. EPITOME.

PETRUS DE NAT. II. 35.

Macarius ep. Antiochiae Armeniae, † Gandavi 1012. — April. 10.

1. VITA ET MIRACULA. *Inc.* Quo sacra s. Bavonis detecta sunt membra — *Des.* securus sui sanus abscessit. [5100

Act. SS. April. I. 875-77; 3ª ed. 866-68.

EXC. HOLDER-EGGER (O.), in *MG.* Scr. XV. 615-16.

2. VITA, MIRACULA, ELEVATIO AN. 1067. *Inc. prol.* Omnipotens essentia deitatis — *Inc.* Gemma regalis, Armeniae decus — *Des.* cuius regnum sine fine terminatur. [5101

Act. SS. t. c. 878-92; 3ª ed. 868-82. — (**Mut.**, contracta, om. prol.) SURIUS, II (1571), 612-21; (1578), 674-83; IV (1618), 134-39; IV (1876), 245-58.

EXC. HOLDER-EGGER, t. c. 616-20. — (Ex Surio) RADERUS (M.), *Bavaria sancta*, II. 161-62.

3. VITA ET ELEVATIO. *Inc.* B. Macarius ex Armeniae nobilioribus originem ducens — *Des.* Fratres autem coram sacro corpore... noctem duxerunt insomnem... Amen. [5102

SANDERUS, *Hagiol. Flandriae* (1625), 134-42; *id.* (1639), 80-93.

Macarius et Eugenius presbyteri Antiocheni, confessores in Arabia, sub Iuliano. — Dec. 20.

Passio. *Inc.* Ss. martyrum M-ii et E-ii festa agimus — *Des.* His omnibus factis, oravit E. dicens: Dñe... et Spiritus sancti. Amen. [5103

Catal. Brux. I. 178-81.

Macarius ab. in Nitria, † saec. IV post. med.

Petrus de Nat. xi. 35.

Macarius dictus Romanus, qui inventus est iuxta Paradisum. — Oct. 23, Ian. 19.

Vita auct. Pseudo-Theophilo, Sergio et Hygino. *Inc. prol.* Gloria et magnificentia Deo soli — *Inc.* Igitur nos praetitulati fratres Theophilus — *Des.* Quotquot autem haec audiebant, laudabant et glorificabant... Amen. [5104

* *Vitae Patrum* (ed. Roswеydus, 224-31; || *P.L.* LXXIII. 415-26); || Surius, X (1618), 362-66; || *Act. SS.* Oct. X. 566-71.

Maccarthennus ep. Clochorensis, saec. VI in. — Aug. 15, Mart. 24.

Vita. *Inc.* (*mutila*)... set. Die quodam sanctum magistrum trans flumen — *Des.* in domo viri sui ad tempus supervixit. [5105

Colganus, *Act. SS. Hiberniae*, 738-39, vii-xiv; || *Act. SS.* Aug. III. 209-210; || *Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmant.* 799-804.

Machabaei (septem fratres) mm. — Aug. 1.

1. Passio. *Inc.* Contigit autem septem fratres cum matre... [5106

* *Liber II Machabaeorum*, c. 7, v. 1 et seqq.; || Mombritius, II. 68-68^{v}.

2. Passio. *Inc.* Eleazarus vir primarius scribarum — *Des.* Et post filios occisa est et mater, confitens et glorificans Deum... [5107

De qua *Catal. Paris.* III. 484, 66°.

3. Passio. *Inc.* Temporibus Antiochi regis maxima persecutio facta est — *Des.* occisa est et mater. Haec ergo de impietatibus... [5108

Cf. Bandinius, *Bibl. Leopoldina Laurentiana*, I. 587, xcvii.

4. Passio. *Inc.* In diebus illis cum pro cultu ven. legis — *Des.* decantantes... hymnum Dño regi saeculorum. Martyrizati sunt... [5109

Cf. *Anal. Boll.* XI. 312, 49°.

5. Passio. *Inc.* Tempore illo, quo Iudaeorum gens et regnum — *Des.* Novissime mater laeta martyrium consumpsit... [5110

Cf. *Catal. Brux.* II. 359, 31°.

6. Passio. *Inc. prol.* Principium meum philosophiae quidem ser-

mone — *Inc.* Igitur Antiochus sedens in excelsiore... loco — *Des.* Illi autem, quos interfecisse credis... [5111

Cf. *Catal. Paris.* I. 575, 66°; 588, 26°; II. 380, 25°; III. 96, 31°, etc.; *Anal. Boll.* XVII, 73.

7. Passio metrica adscripta cuidam Hilario, alias Mario Victorino. *Inc.* Rex fuit Antiochus Syriae ditissimus olim — *Des.* Sic ipsa et nati sanctorum in parte recepta est. [5112

Sichardus (I.), *Antidotum contra diversas omnium fere seculorum haereses* (Basileae, 1528), f. 79ᵛ-83; || [Herold (I.)], *Haeresologia* (Basileae, 1556), 243-50; || Fabricius (G.), *Poetarum veterum ecclesiasticorum opera christiana* (Basileae, 1564), 443-52; || *Bibl. patr. Paris.* (1575), V. 366-72; || Bosco (Io. a), *Bibl. Floriac.* II. 198-210; || *Bibl. patr. Lugd.* (1677), IV. 297-300; || Salinas (I.), *SS. Vincentii Lirinensis et Hilarii Arelatensis opera* (Romae, 1731), 197-206; || *S. Leonis Magni opera*, ed. P. et H. Ballerinii, II (Venetiis, 1756), 374-87; || *P.L.* L. 1275-86; || *Cypriani Galli poetae Heptateuchos* etc., ed. R. Peiper (= Corp. scr. eccl. lat. XXIII), 240-54 et (eadem interpolata; iisdem verbis *inc.* et *des.*) 255-69.

Exc. Barthius (Casp.), *Adversariorum commentariorum libri LX* (Francofurti, 1624), 151-53 et 1312-17.

8. Passio metrica adscripta Hildeberto Cenomann. *Inc.* Regnum Persarum, quod per tot saecula clarum — *Des.* Surgit in occursum Iudas et gens sua sursum. [5113

Hildeberti Cenoman. opera, ed. A. Beaugendre (Paris. 1708), 1236-42; || *P.L.* CLXXI. 1293-1302.

9. Passio metrica adscripta Marbodo. *Inc.* Antiquae legis ius solvens iussio regis — *Des.* quanto certamine maior. [5114

Liber Marbodi... (Redonis, 1524), sign. C.iiiᵛ-C.iiii; || Beaugendre, t. c. 1517-20; || *P.L.* t. c. 1603-8.

10. Epitomae.

Leg. aurea, c. 109 (114). — *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 310ᵃ-10ᵇ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 105.

Machanus ep. in Scotia. — Sept. 28.

Vita. *Inc.* Machanus ex Scotorum genere — *Des.* mutati sunt et conversi sunt. [5115

Brev. Aberdonense, pars aest., Propr. SS. 116ᵛ-17.

Macharius. *Vid.* **Macarius.**

Machutus (Machutes) seu **Maclovius** ep. Aletensis, † 621 (?), cca. 640. — Nov. 15.

1. Vita auct. Bili diac. Alet., libris 2. *Inc. epist.* Dño... Ratuili ep... Magnitudo caritatis — *Inc. prol.* Religiosorum virorum gesta praedicabilia — *Inc. lib. I.* Igitur ven. atque sacratissimus Machutus ep.

generosis parentibus — *Des. lib. II.* cuius nos suffragia semper adiuvant... Amen. [5116

PLAINE (Fr.), in *Bulletin et mémoires de la Société archéologique du département d'Ille-et-Vilaine*, XVI (1883), 167-256; inde seorsim PLAINE (Fr.) et A. DE LA BORDERIE, *Deux vies inédites de S. Malo* (Rennes, 1884), 31-120. — Editio, quae fertur, *Vita S. Marchutis Britannensis*, Maclovii, 1555, in-12, si umquam prodiit, certe nondum reperta est.

EXC. LELAND, *Collectanea*, II. 430-32. — STOKES (W.), *Lives of Saints from the Book of Lismore* (= ANECDOTA OXONIENSIA, Medieval and modern series, V, 1890), 352.

2. VITA. *Inc. prol.* Auctorem omnium, ff. dd., qui in suis electis — *Inc.* Ergo ven. *etc. ut* 1. — *Des.* cunctisque sancti praeconia celebrantibus, qui vivit... Amen. [5117

LA BORDERIE (A. de), in *Bulletin*, t. c. 267-93; inde seorsim : PLAINE et LA BORDERIE, t. c. 131-57.

3. VITA. *Inc. prol.* Auctorem omnium et discretorem creaturarum — *Inc.* Ven. igitur Machutes ep. generosis parentibus — *Des.* potentissime et piissime subvenientis. Amen. [5118

BOSCO (Io. a), *Bibl. Floriac.* I. 485-515.

EXC. MABILLON. *Acta*, I. 221-22; 2ª ed. 181-82.

4. VITA AUCT. SIGEBERTO GEMBLACENSI. *Inc. epist. ad Thietmarum ab.* Vita piissimi conf. Christi Maclovii... antiquorum stilo erat exarata — *Inc. prol.* Praeconia sanctorum, quae valde sunt... pretiosa — *Inc.* S. igitur Maclovius nobilitate parentum apud homines saeculi — *Des.* cunctisque eius praeconia celebrantibus, qui vivit... Amen. [5119

SURIUS, VI (1575), 341-51; (1580), 373-83; XI (1618), 349-54; III (1875), 609-21; || *P.L.* CLX. 729-46.

EXC. PERTZ, *MG.* Scr. VIII. 505-6, not. 17 (epistula).

5. VITA. *Inc.* Gloriosus Christi conf. Maclovius Britannica prosapia generosus — *Des.* et caelum spiritus superavit, ad laudem... [5120

MABILLON, t. c. 217-21; 2ª ed. 177-81.

6. EPITOMAE. **a.** *Inc.* Ven. vir s. Machutus in Britannia provincia natus est — *Des.* Qui vos recipit, me recipit. [5121

MORICE, *Mém. hist. Bretagne*, I. 191-93.

b. VINC. BELLOV. XXII. 94-100. — **c.** PETRUS DE NAT. X. 64.

d. *Inc.* S. enim antistes Macutus in Britannia maiori generosis parentibus — *Des.* praesulis vestimentum contaminavit. [5122

CAPGRAVIUS, f. 219-21ᵛ.

e. *Inc. ut* 5. — *Des.* Deo spiritum exhalavit. [5123

Brev. Aberdonense, pars aest., Propr. SS. 161ᵛ, 162.

7. TRANSLATIO DE SANCTONICA REGIONE IN BRITANNIAM SAEC. IX EXTR. *Inc. prol.* Iussus a fratribus — *Inc.* Igitur eo tempore quo Alanus rex — *Des.* In aliis vero miraculis quantum fulserit... Amen. [5124

PLAINE, in *Bulletin*, t. c. 257-64; inde seorsim PLAINE et LA BORDERIE, t. c. 120-28.

Macnissus ep. Connerensis, † 513. — Sept. 3.

VITA. *Inc.* Hodie, ff. dd., b. Engus, qui vulgo dicitur... Quem ven. s. Patricius — *Des.* fulsit meritis praeclaris, ad laudem... Amen. [5125

Act. SS. Sept. I. 664-65; || *Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmant.* 925-30.

Macra v. m. in territorio Remensi, sub Diocletiano. — Ian. 6.

1. PASSIO. *Inc.* Cum saevissima in christianos persecutio — *Des.* Quibus dictis, anima caelum petiit VI non. mart., regnante... [5126

Act. SS. Ian. I. 325-26.

2. TRANSLATIO SAEC. IX IN. *Inc.* Per idem vero tempus cum adhuc christiana religio modica haberetur — *Des.* Ubi non minima... patrantur miracula ad laudem... Amen. [5127

Act. SS. t. c. 326.

3. EPITOMAE. a. *Inc.* Rictiovarus veniens in civitatem Augustanam — *Des.* corpus eius in ea collocavit III kal. iun. [5128

VINC. BELLOV. XIII. 142; || MOMBRITIUS, II. 68v-69; || FABER STAPULENSIS, *Agones mm.* f. 9v-10.

b. PETRUS DE NAT. II. 50.

Maculinus. *Vid.* **Findbarrus.**

Madelberta abb. Malbodiensis, † saec. VII in. — Sept. 7.

VITA. *Inc.* Igitur sub tempore Dagoberti incliti regis — *Des.* sed omnes salvos facere. Haec pauca particulavimus... Pro laboribus et aerumnis... [5129

Act. SS. Sept. III. 109-11.
EXC. *Act. SS. Belgii*, V. 492-96.

Madelgisilus erem. Monstroleti prope Centulam, † cca. 685. — Mai 30.

1. VITA AUCT. HARIULFO. *Inc. prol.* Dño dilectissimo... Gervino... Seniorum qui de tempore ven. abbatis Angelranni — *Inc.* Francorum regnum tenente Lodoveo — *Des.* aegritudinem continuo deposuit, adiuvante merito sancti... [5130

MABILLON, *Acta*, IV, 2. 537-44; 2a ed. 548-55; || *Act. SS.* Mai VII. 265-69; 3a ed. 260-64; || *P.L.* CLXXIV. 1441-50.

2. TRANSLATIO (MIRACULA) AUCT. EODEM (*Chronicon Centulense*, III, 29). *Inc.* Cum coenobii Centulensis ab. Ingelardus... [5131

α) (recensio amplior) D'ACHERY, *Spicilegium*, ed. DE LA BARRE, II. 328-329; || *P.L.* t. c. 1300-1302; || LOT (F.), *Chronique de St Riquier* (1894), 166-69.

β) (recensio brevior) D'Achery, *Spicilegium*, IV. 535-36; || *Act. SS.* t. c. 264 (3ª ed. 259), n. 1 (quibusdam omissis).

Madelveus = Magdalveus.

Maedocus. *Vid.* Aidus.

Magdalena de Albricis de Como abb. Brunatensis, † 1465. — Mai 13.

Vita auct. Paulo Ulmio. *Inc.* Miro religionis et sanctitatis odore floruit — *Des.* Nicolai in eodem munere successore. [5132

Pauli Ulmii Bergomensis vita et miracula B. Mariae de Albericis, Romae, 1484 (Hain, 16087) [non vidimus; an umquam prodiit?]; || *Act. SS.* Mai III. 253-55; 3ª ed. 252-54.

Magdalveus ep. Virodunensis, † cca. 770. — Oct. 4.

1. Vita auct. Hugone Flaviniacensi (in libro I *Chronici*). *Inc.* Anno igitur... dccliii suscipit praesulatum — *Des.* Ergo felix Madelvei ortus, felicior vitae cursus... Amen. [5133

Labbe, *Bibl. mss.* I. 104-108 in., 109 extr.-116; || *Act. SS.* Oct. II. 533-543; || Pertz, *MG.* Scr. VIII. 340-42, 344-50; || *P.L.* CLIV. 139-44, 148-58. Exc. Bouquet, III. 363-65.

2. Epitome. *Inc.* Magdalveus in urbe Virdunensi natus — *Des.* odorem spirans suavissimum. [5134

Surius, VII (1581), 744-45; V (1580), 635; X (1618), 64-65; X (1879), 180-81.

Magi (Tres). — Ian. 6.

1. Translatio Coloniam an. 1164 (Epistula Reinoldi electi Coloniensis). *Inc.* Reinoldus Dei gratia... Insinuamus dilectissimae vestrae universitati — *Des.* nos vobis remittere dignetur. [5135

Surius, VII (1618), 303 (proxime post 292, reapse ergo 293!); || Crombach (H.), *Primitiae gentium seu historia ss. trium regum* (Coloniae, 1654), 633-34; || Labbeus, *Sacrosancta concilia*, X (1671), 1186; || Mansi, *Concil. coll.* XXI. 865-66; || Floss (H. J.), *Dreikönigenbuch* (Köln, 1864), 113-15.

2. Gesta et translationes. *Inc.* Dignum est, ff. dd., ut illorum hodie attollamus praeconium — *Des.* Hodie lucent in nostro occidente qui stellam filii eius videre meruerunt... [5136

Floss, t. c. 116-22.

3. Epitome.

Petrus de Nat. II. 48.

4. Gesta et translationes, auct. Iohanne de Hildesheim. *Inc. prol.* Reverendissimo... dño Florentio de Wevelkoven... Cum venerandissimorum trium magorum, immo verius trium regum — *Inc.* Materia

vero istorum trium regum bb. ex prophetia Balaam — *Des.* in reddenda ratione. — *Sequitur* (*vel praecedit*) *index capitulorum.* [5137

Liber de gestis ac trina bb. trium regum translacione, [Coloniae], Ioh. Guldenschaff, 1477 (HAIN, 9395), f. 1-48^{v}; || *id.* apud eundem, 1478 (HAIN, 9396), f. 1-43; || *id.* [Coloniae], Bartholomeus de Unckel, 1481 (HAIN, 9397), f. 1-81; || *id.* [Coloniae], Ioh. Guldenschaff, 1486 (HAIN, 9398), f. 2-86^{v}; || *Liber ss. trium regum Coloniae quiescentium,* Mutinae, 1490 (HAIN, 9399), f. 2-52^{v}; || *Historia gloriosissimorum trium regum* (Colonie, Quentell, 1514), sign. a.ij-g.iij^{v}; || KÖPKE (E.), *Iohannes von Hildesheim,* beigegeben dem XXII JAHRESBERICHT DER RITTER-AKADEMIE ZU BRANDEBURG (1878), 7-35.

EXC. FLOSS, t. c. 78-79, not. — *Catal. Paris.* II. 600-602 (index capitulorum).

5. LEGENDA. *Inc.* Completo autem dñicae dispensationis mysterio — *Des.* singulis annis sollemniter observare. [5138

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 445^{b}-47^{d}; || *id.* (Lovan. 1485), f. 290^{v}-93^{v}.

6. MIRACULUM.

* *Gesta Romanorum,* 47, al. 46 (ed. H. OESTERLEY, 345-46).

Maglorius ep. Dolensis, saec. VI. — Oct. 24.

1. VITA. **a.** *Inc. prol.* Cum igitur gloriosissimus prophetarum David — *Des.* scintillulam inseruimus. [5139

I. *Inc.* Magnificae sanctitatis vir Dñi Maglorius — *Des.* loquebatur recte, Deum benedicens, qui vivit... Amen. [5140

II. *Inc.* Aliud quoque miraculum... Tempore igitur quo s. M... apud Sargiam... conversabat, s. Sulinus — *Des.* igne comburetis; cuius maiestas fulget in excelsis... Amen. [5141

III. *Inc.* Descriptis utcumque s. M-ii quibusdam miraculis... Eo tempore rex famosissimus nomine Nomenoe — *Des.* sine ullo impedimento possimus adhaerere, praestante... Amen. [5142

IV. *Inc.* Post multum vero temporis... cuiusdam hominis filium, qui erat claudus — *Des.* feliciter migravit ad Christum, cuius laus et potestas... Amen. [5143

De hac Vita cf. A. DE LA BORDERIE, in *Mémoires de la Société hist. et arch. des Côtes du Nord,* 2^{e} sér., IV (1891), 224 (" L'édition complète... „); cum vero libellus uno tenore editus non sit, eum in partes supra divisimus, ut de editionibus clarius loqui possemus.

(Prologus) partim ed. apud LA BORDERIE, t. c. 225-26.

(De parte I) cf. ibid. 224, 227-28, c. I-XI.

(Pars II) LA BORDERIE, t. c. 230-38 (deest ultima sententia). — EXC. PLAINE (Fr. B.) in *Anal. Boll.* VIII. 379-81 (initium). — *Catal. Paris.* III, 308-12 (reliqua, paucissimis omissis).

(Pars III, omisso tamen ultimo capitulo, quod est totum paraeneticum) PLAINE, t. c. 372-78, n. 1-15 (omissa prima sententia, quae suppleta est *Catal. Paris.* III. 304, 17°); || LA BORDERIE, t. c. 238-43; || PIGEON (E. A.).

Vies des SS. du dioc. de Coutances, II. 245-50. — Exc. La Borderie, in *Revue de Bretagne et de Vendée*, 1888, II. 255-57.

(Pars IV) *Catal. Paris.* III. 312-16. — Exc. La Borderie, in *Mémoires*, t. c. 254-56.

b. (Recensio brevior). *Inc.* (*sine prol.*) *ut* 1 a, 1. — *Des.* cuius mors pretiosa est ante Deum, qui vivit... Amen. [5144

Mabillon, *Acta*, I. 223-31; 2ª ed. 209-17; || *Act. SS.* Oct. X. 782-91. — (**Mut.** et contracta) Surius, V (1574), 931-34; (1580), 1029-32; X (1618), 368-370; X (1879), 670-76.

Exc. Bouquet, III. 435-36.

2. Epitomae. **a.** *Inc.* S. Maglorius quasi magna gloria — *Des.* Unam petii a Dño etc. Et IX kal. nov. ad Dñm migravit. [5145

Vinc. Bellov. XXII. 121; || Capgravius, f. 221v.

b. Petrus de Nat. IX. 103. — **c.** *Brev. Corisopitense*, litt. gothicis, sign. PP.iijv-iiijv. — **d.** *Brev. Dolense* an. 1519; || La Borderie, in *Mémoires*, t. c. 283-93.

3. Aedificatio ecclesiae S. Maglorii apud Lehonium. *Inc.* Postquam igitur ss. viri M-ii sacratissimum corpus... de Sargia insula — *Des.* ad monasterium remeavit, praestante... Amen. [5146

La Borderie, in *Mémoires*, t. c. 243-46. — Cf. Plaine, t. c. 378-79, n. 16; La Borderie, t. c. 317, not. 2.

4. Translatio (S. Maglorii et aliorum) Parisios saec. IX (cca. 920-925 et cca. 960?) *Inc.* Operuerunt (*al.* Cooperuerunt) Dani superficiem terrae — *Des.* ocius in priori renovatum est statu. [5147

Mabillon, *Annales*, III. 719-21; 2ª ed. 666-67; || *Act. SS.* t. c. 791-93; || Pigeon, op. c. I. 72-75.

Exc. Du Bouchet (J.), *La véritable Origine de la maison royale de France* (1646), preuves, 327-28. — Bouquet, X. 365.

Libellum illum, qualis seorsim in codicibus invenitur, ex epitome quadam interpolata *Libri modernorum regum Francorum* ab Hugone Floriacensi conscripti excerptum esse opinatus est R. Merlet, in *Bibliothèque de l'École des chartes*, LVI (1895), 237 sqq.; interpolationes vero istas, quas ex antiquo libello de *Translatione S. Maglorii*, iam deperdito, desumptas credidit, nuper distinxit et edidit idem v. d. *ibid.* 243-48; eaedem vero vix non omnino conveniunt ad verbum cum hac narratione **4**. — Contra dixit F. Lot, in *Annales de Bretagne*, XV (1899), 60 sqq., qui putat narrationem **4** primo conscriptam esse, ipsamque in particulas quinque divisam ab interpolatore variis in locis epitomae *Libri* ab Hugone compositi esse insertam.

Magnantia v. in dioec. Autisiodorensi, saec. V. — Nov. 26.

Vita. *Inc.* B. v. Magnantiae, ff. cc., anniversarium celebremus — *Des.* refrigerationem accipiunt, praestante... Amen. — *Inc. epil.* His igitur de vita — *Des.* caelestis retributio. Amen. [5148

Gally (M.), in *Bulletin de la Société d'études d'Avallon*, VIII (1867), 85-93; inde seorsim Id. *Actes et culte de Ste Magnance*, 25-33.

Magnericus ep. Treverensis, saec. VI extr. — Iul. 25.

1. Vita auct. Eberwino ab. S. Martini Trever. *Inc.* Decedente apud urbem Trevericam viro ss. Nicetio — *Des.* vos in labores eorum introistis, adiuvante nos eodem Dño N. I. C... [5149

Act. SS. Iul. VI. 183-91.

Exc. Pertz, *MG.* Scr. VIII. 208-9; || *P.L.* CLIV. 1243-44. — Sauerland (H. V.), *Trierer Geschichtsquellen des XI. Jahrhunderts* (1889), 41-45.

2. Epitome. *Inc. ut* 1. — *Des.* desuper, ut moris est, fastigium componi. De hoc sancto Fortunatus... : Culmen honorificum... parensque manet. [5150

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 304c-5d; || *id.* (Lovan. 1485), f. 98-99v.

Magnoaldus, Magnobaldus. *Vid.* **Magnus.**

Magnobodus ep. Andegavensis, † saec. VII med. — Oct. 16.

1. Vita. *Inc.* Gloriosus igitur atque eximius Christi pontifex M. in pago Andegavensi — *Des.* et in aeterna laetitia doxa frui cum sanctis, adiuvante Dño... Amen. [5151

Additamentum. *Inc.* Christus itaque Dñus Iesus, qui glorificat — *Des.* laetabunda regressa. [5152

[D'Achery, *Spicilegium*, ed. 1a, t. V, pagellae 132-47 impressae, non autem editae; cf. *Anal. Boll.* XVIII. 43 sqq.]; || Beaugendre (A.), *Hildeberti Cenoman. opera. Accesserunt Marbodi Redonensis ep. opuscula* (Paris. 1708), 1463-90; || *Act. SS.* Oct. VII. 940-50; || *P.L.* CLXXI. 1531-48.

2. Vita auct. Marbodo. *Inc. prol.* Qui virorum fortium gesta — *Inc.* Igitur Magnebodus Andegavensi territorio oriundus — *Des.* reportent effectum, praestante Dño... Amen. — *Inc. epil.* Ego Marbodus — *Des.* et testis et sponsor. Amen. [5153

Beaugendre, t. c. 1490-1506; || *P.L.* t. c. 1547-62.

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. xxiv. 38. — Petrus de Nat. ix. 74.

Magnus m. Caesareae Cappadociae, sub Aureliano. — Aug. 19, Sept. 1.

1. Passio. *Inc.* Magnus a parentibus christianis doctus — *Des.* et posuerunt in sarcophago novo. Passus est... [5154

Act. SS. Aug. III. 718-19.

2. Passio. *Inc.* Magnus m. passus est in Caesarea... qui ex ipsa civitate ortus — *Des.* in coemeterio sunt tumulata. [5155

Petrus de Nat. vii. 76; || *Act. SS.* t. c. 717, n. 2, 3.

Magnus ab. Campidonensis. *Vid.* **Magnus** ab. Faucensis.

Magnus m. cultus Collebeccae in Saxonia.

MIRACULUM DE SALTANTIBUS FACTUM TEMPORE HERIBERTI EP. COLONIENSIS. **A.** NARRATIO OTBERTI. **a.** *Inc.* Ego peccator nomine Othbertus (*al.* Osbertus, *al.* Stephanus), etsi vellem tegere peccatum meum — *Des.* liberati Deo laudes decantant. Acta sunt haec anno... Hae litterae datae sunt nobis a dño Peregrino... [5156

KNAUT (Chr.), *Antiquitates comitatus Ballenstadiensis et Ascaniensis* (Cöthen, 1698), 97-98; || VULPIUS (Ioh.), *Magnificentia Parthenopolitana* (Magdeburg, 1702), 293-95; || BECKMANN (Ioh. Chr.), *Historie des Fürstenthums Anhalt* (Zerbst, 1710), I. 465-66; || ROTH (F. W. E.), apud VOLLMÖLLER, *Romanische Forschungen*, VI, 3 (1891), 481-82; || HAURÉAU (B.), *Notices et extraits*, VI (1893), 39-40; || SCHRÖDER (Ed.), *Die Tänzer von Kölbigk*, in ZEITSCHRIFT FÜR KIRCHENGESCHICHTE, XVII (1896), 101-3. — Haec narratio saepissime inde a saeculo XII ante med. (cf. WILLELMUM MALMESBIR. *Gesta regum Anglorum*, II. 174) ab auctoribus tum antiquis, tum recentioribus exscripta est, modo ad litteram, modo plus minus contracta et mutata; cf. SCHRÖDER, t. c. 108 sqq. Satis sit commemorasse VINC. BELLOV. XXVI. 10.

b. *Inc. prol.* Omnibus Deum diligentibus — *Inc. ut* A a. — *Des.* Has litteras in monte S. Michaelis die octavarum epiphaniarum renovari fecimus... [5157

Catal. Brux. II. 382-83. Cf. etiam SCHRÖDER, t. c. 101, 103 in notis.

B. NARRATIO THEODERICI. *Inc. prol.* Prodest saltivago... Romanus orbis novit — *Inc.* In nocte natalis Dñi lucifera — *Des.* qui ligatus fuerat in die dñicae nativitatis. Haec in praesentia Brichtive... [5158

HARPSFELDIUS (N.), *Historia anglicana ecclesiastica* (Duaci, 1622), 205-6 (deest prol. et finis); || FURNIVALL (F. J.), *Roberd of Brunnè's Handlyng Synne* (Roxburghe Club, 1862), XXVIII-XXXI; || DU MÉRIL (Ed.), *Études sur quelques points d'archéologie et d'histoire littéraire* (1862), 498-502 (deest finis); || WAITZ (G.), in *MG.* Scr. XXVI. 28-29; || SCHRÖDER, t. c. 126-30.

C. *Inc.* Anno inc. Dñi N. I. C. MXVIII, ind. XV, in loco qui dicitur Colebeke — *Des.* et sacerdotibus eius non obedire. [5159

SCHRÖDER, t. c. 135-37.

D. *Inc.* Quidam frater de S. Victore, qui erat natus in Saxonia — *Des.* anno revoluto eodem die ceciderunt incinerati. [5160

HAURÉAU, op. c. III (1891), 245.

E. *Inc.* Anno Dñi MXIII, Henrico secundo imperante — *Des.* poenam suam corporum tremore prodiderunt (*cod.* perdiderunt). [5161

Catal. Brux. II. 383-84. — Inserta est haec narratio in epitome Vitae S. Heriberti, de qua supra, **Heribertus**, 4 a.

Magnus seu **Magnoaldus** ab. Faucensis, saec. VII. — Sept. 6.

1. VITA AUCT. PSEUDO-THEODORO (EMENDATA AB ERMENRICO AB. ELLWANGENSI?) *Inc.* Tempore illo cum bb. Columbanus simul cum b. Gallo

nepote suo diversa loca — *Des.* Itaque sufficiant ista de tanto patrono conscripta... Celebratur autem celebritas s. M-i... [5162

Canisius, *Ant. lect.* V, 2. 913-47 (desunt ultima cap.); ed. Basnage, I. 655-73 (item); || Goldastus, *Rer. Alamann. scr.* I (1606), 297-317; 2ª ed. I (1661), 190-203; 3ª ed. I (1730), 189-203; || Surius, IX (1618), 73-81 (ut apud Canisium); || Messingham, *Florilegium*, 298-317 (item); || Gononus (B.) *Vitae Patrum Occid.* 456-67; || *Act. SS.* Sept. II. 735-58.

Exc. Chifflet (P. Fr.), *Hist. de l'abbaye de Tournus* (1664), preuves, 172-174. — Braun (Pl.), *Notitia hist.-lit.* II. 182. — Waitz (G.), in *MG.* Scr. IV. 425-27.

2. Vita auct. Othloho. *Inc. prol.* Iuxta intelligentiae meae parvitatem complevi — *Inc.* In tempore illo quo b. Columbanus sanctusque Gallus virtutibus magnificis pollentes — *Des.* Quapropter ponentes sic finem his... remissionem obtineat, praestante... [5163

Exc. Waitz (G.), in *Archivo* Pertzii, XI. 270 (erravit Waitz cum negavit, ibid. 271, Vitam de qua h. l. esse Othlohi opus). — Dümmler (E.), in *Sitzungsberichte der kön. Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 1895, 1098-1110.

3. Epitome. *Inc.* B. itaque Magnus, qui et Magnobaldus, s. Galli quondam diaconus — *Des.* vitae liberatus ergastulo. [5164

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 325ª-25ᶜ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 125ᵛ-26.

Magnus ep. Opitergiensis, dein Heracleensis, saec. VII. — Oct. 6.

1. Legenda. *Inc.* Almus conf. b. Magnus natione Altinensis — *Des.* Postea autem translatum fuit... die VI intrante, regnante... [5165

Cornelius (Flam.), *Eccl. Venet. illustr.* VI. 419-21.

2. Epitome.

Petrus de Nat. appendix, c. 17.

Magnus comes insularum Orcadum m., † cca. 1115. — April. 16.

Legenda. *Inc.* B. Magnus apud Orcadas insulas oriundus — *Des.* participes effici mereamur, praestante... [5166

Brev. Aberdonense, pars hiem., Propr. SS. 87ᵛ-89; || *Act. SS.* April. II. 439; 3ª ed. 435-36; || Metcalfe (W. M.), *Pinkerton's Lives of the Scottish Saints* (1889), II. 261-64.

Magnus ep. Tranensis m., sub Decio. — Aug. 19.

Acta S. Magni a Thoma Bay anno 1626 edita non repperimus.

1. Passio. *Inc. prol.* Ad laudem et gloriam Dñi N. I. C. pertinet — *Inc.* Igitur s. meritis et nomine M. apud Tranam nobilissimam Apuliae civitatem — *Des.* α) Eadem quoque nocte b. Paternus migravit ad Dñm sub die XIV kal. sept., ad laudem... [5167

vel β) in eodem cubiculo corpus viri Dei humavit. [5168

[Marangonus (Ioh.)], *Acta passionis atque translationum S. Magni ep. Tranensis* (Aesii, 1743), 1-3, 7-13, 26-27 (des. β); cf. 40-41, not. *Aa* (des. α); || Capelletti, *Chiese*, VI. 279-91, lin 2 (des. β); cf. 291, not. 1 (des. α).

2. Passio. *Inc. prol.* Quicumque confessus fuerit nomen filii Dei — *Inc.* Bb. athleta Christi M. cum fuisset unicus parentibus eius — *Des.* α) tulit corpus b. ep. et m. Magni et sepelivit eum. Passus est... [5169

vel β) Historiam quoque passionis eius et vitae ad pedes illius posuit. Passus est... [5170

Act. SS. Aug. III. 713-16 (des. α). — Cf. *Anal. Boll.* XVII. 76 (des. β); cum codicibus austriacis, de quibus ibi, convenit " tertium exemplar ex ms. Augustano „, de quo *Act. SS.* t. c. 705-7, n. 23, 24, 32.

Est ubi alius praefixus sit prologus (cf. *Act. SS.* t. c. 706, n. 25), qui *inc.* " Pretiosum ac mirabile, ff. cc., est annualiter... „ [5171

3. Passio. *Inc.* Apud civitatem Tranensem Magnus e parentibus ethnicis ortus — *Des.* in loco qui dicitur Campus Mitrianus. [5172

Cf. *Act. SS.* t. c. 706, n. 26; 707, n. 33; 716-17, annot. *b, c, g*.

4. Epitomae. **a.** *Inc.* Temporibus Decii caesaris erat quidam pauper et paganus — *Des.* sicut optabat, annuntiavit. [5173

Ughelli, VII. 1200-1202; 2ª ed. 889-90; || *Act. SS.* t. c. 706-7, n. 28-30; || Marangonus, t. c. 24-25.

b. *Inc.* Bb. itaque athleta Christi M. cum esset unicus parentibus natus — *Des.* et recesserunt. Completa est autem confessio... [5174

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 318ᵇ-19ᵇ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 115ᵛ-17.

5. Translatio Verulam, inde Anagniam. *Inc.* Postquam ecclesia Fundana, ut in gestis b. M-i continetur, a Saracenis — *Des.* cum hymnis et psalmodiis decentissime collocarunt. [5175

Act. SS. t. c. 708-9, n. 35-40; || Marangonus, t. c. 42-43, 49-51; || Cappelletti, t. c. 291-94.

6. Inventio Anagniae. *Vid.* in Vita **Petri** ep. Anagnini.

Maianus. *Vid.* Mevennus.

Maimbodus m. in territorio Vesontionensi. — Ian. 23.

Passio. *Inc. prol.* Ss. martyrum pia certamina revolvere — *Inc.* Fuit igitur b. M... natione et habitu Scottus — *Des.* In loco vero ubi corpus s. martyris requiescit... [5176

Act. SS. Ian. II. 542-43; 3ª ed. III. 155-56; || Colganus, *Act. SS. Hiberniae*, 155-56.

Mainulfus. *Vid.* Meinulfus.

Maiolus ab. Cluniacensis, † 994. — Mai 11.

1. Vita auct. Syro mon., edita ab Aldebaldo, libris 3. **a.** (editio prior). *Inc. epist.* Spirituali patri dño Odiloni ab., Syrus... Saepe mihi

multumque cunctanti — *Inc. lib. I.* Laudabilis Dei nostri virtus et sapientia — *Des. lib. III.* summi per saecula regis. Dormivit vero cum patribus suis v id. mai sepultusque est... [5177

MABILLON, *Acta*, V. 786-810; 2ª ed. 764-87; || *P.L.* CXXXVII. 745-48.
Exc. *Act. SS.* Mai VII. 684 (3ª ed. 673), n. 2; 686 (3ª ed. 675-76). — BOUQUET, IX. 126-27; X. 362. — WAITZ (G.), in *MG.* Scr. IV. 650-55. — GREMAUD (J.), *Documents relatifs à l'hist. du Vallais*, I (1875), 39-44.

b. (EDITIO ALTERA). *Inc. epist. ut in* 1 a. — *Inc. prol.* Superna Christi rorante dextera — *Inc. lib. I.* Igitur in partibus Galliarum, exigentibus causis — *Des. lib. III ut in* 1 a. [5178

De qua recensione cf. G. WAITZ, in *MG.* Scr. IV. 650, 2°, et L. TRAUBE, in *Neues Archiv*, XVII. 403.

c. (EDITIO TERTIA). *Inc. versus Reimbaldi.* Inclita sanctorum cum sint tot gesta priorum — *Inc. prol. ut in* 1 b. — *Inc. lib. I. ut in* 1 b (*ed.* Igitur in p. G. ex ingentibus causis) — *Des. lib. III ut in* 1 a. [5179

Act. SS. Mai II. 668-84; 3ª ed. 667-83.
Exc. MABILLON, t. c. 810-11; 2ª ed. 787-88.

2. VITA BREVIOR. *Inc.* (*sine prol.*) *ut* 1 a. — *Des. ut* 1 a. [5180

MARRIER et DUCHESNE, *Bibl. Cluniac.* 1763-82.
Exc. ROVERIUS (P.), *Reomaus* (Paris. 1637), 170-71.

3. VITA AUCT. NALGODO MON. CLUNIAC. *Inc. prol.* Vitam bb. patris M-i confusa diffusione dispersam — *Inc.* B. itaque pater M. maior meriti dignitate — *Des.* vestiendus a Dño; cuius est honor... Amen. [5181

Act. SS. Mai II. 658-68; 3ª ed. 657-67.

4. VITA AUCT. ODILONE AB. CLUNIAC. *Inc. prol.* Hugoni et carissimo fratri Almanno... Cum residerem praeterito tempore paschali — *Inc.* Post apostolorum et evangelistarum sacrosancta — *Des.* redit ad propria sospes et laetus, praestante... Amen. [5182

APPENDIX. *Inc.* Cum enim huic sententiae vellem finem imponere — *Des.* qui est via, veritas et vita, Dñus videlicet I. C.... Amen. [5183

MARRIER et DUCHESNE, t. c. 279-90; || SURIUS, V (1618), 143-47; || *Act. SS.* Mai II. 684-90; 3ª ed. 683-88; || *P.L.* CXLII. 943-62. — (**Mut.**; deest appendix) SURIUS, III (1572), 166-72; (1579), 215-21; V (1876), 326-33.
Exc. ROVERIUS, t. c. 120. — MABILLON, t. c. 782-85 (2ª ed. 760-63), n. 53-59. — BOUQUET, X. 362.
Aliquando in codd., omisso initio, ita Vita *inc.* « Fuit bb. pater noster M. praeclaro stemmate ortus... » [5184

5. VITA. *Inc.* B. igitur Maiolus regionis, quae Provincia dicitur, oriundus — *Des.* indulgentia peccatorum supplicantibus praestatur, praestante... [5185

Exc. MARRIER et DUCHESNE, t. c. 1783-86 (initium et finis). — ROVERIUS, t. c. 113-15, 119.

6. MIRACULA, libris 2. *Inc. prol.* Gloriosa virtutum opera — *Inc. lib. I.* Ad tumulationem igitur pretiosi corporis — *Des. lib. II.* omnibus, qui ibidem convenerant, demonstravit. [5186

MARRIER et DUCHESNE, t. c. 1787-1814; || *Act. SS.* Mai II. 690-700; 3ª ed. 689-98.

EXC. MABILLON, t. c. 786 (2ª ed. 763-64), n. 60, 61. — BOUQUET, X. 362-63.

7. EPISTULA DE MORTE MAIOLI. *Inc.* Dño illustrissimo... Cum totius sanctissimae ordines christianitatis... [5187

SACKUR (E.), in *Neues Archiv*, XVI. 180-81.

8. EPITOMAE.

PETRUS DE NAT. IV. 153. — HILARION MEDIOLANENSIS, f. 31-34.

Malachias ep. Conerensis, dein Armacanus, † 1148. — Nov. 3.

1. VITA AUCT. BERNARDO AB. CLAREVALLENSI. *Inc. prol.* Semper quidem operae pretium fuit — *Inc.* Malachias noster ortus Hibernia de populo barbaro — *Des.* et cum ipso pariter regnaturi in saecula saeculorum. Amen. [5188

MOMBRITIUS, II. 78-92; || **S. Bernardi Clarevallensis ab. opera* (*P.L.* CLXXXII. 1073-1118); || SURIUS, VI (1575), 88-113; (1581), 93-119; XI (1618), 27-41; XI (1880), 76-102; || MESSINGHAM, *Florilegium*, 350-76; || CHANTELOU (Cl.), *Bibliotheca patrum ascetica*, I (Paris. 1661), 623-86; || *Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmant.* 551-640; || *Act. SS.* Nov. II, 1. 143-66.

2. EPITOMAE.

a. VINC. BELLOV. XXVIII. 105-123. — b. PETRUS DE NAT. X. 27.

c. *Inc.* S. Malachias, cuius vitam scripsit s. Bernardus... de Hibernia ortus est — *Des.* aetatis suae LIV. [5189

CAPGRAVIUS, f. 222-25ᵛ.

Malchus mon. captivus, saec. IV extr. — Oct. 21.

1. VITA AUCT. S. HIERONYMO. *Inc. prol.* Qui navali proelio dimicaturi sunt — *Inc.* Maronia triginta fere milibus ab Antiochia — *Des.* posse mori, non posse superari. [5190

**Hieronymi opera* (*P.L.* XXIII. 55-60); || **Vitae Patrum* (ed. ROSWEYDUS, 93-96); || *Narratio b. Iheronimi presb. de monacho Malcho*, s. l. a. [Swollis, cca. 1479] (COPINGER, II, n° 2976), 8 ff. [non vidimus]; || MALDONATUS (Ioannes), *Vitae sanctorum* (Lugduni, 1561), 270-78; || SURIUS, V (1574), 899-902; (1580), 995-98; X (1618), 325-27; X (1879), 623-28; || CHANTELOU (Cl.), *Bibliotheca patrum ascetica*, IV (Paris. 1663), 362-68; || *Act. SS.* Oct. IX. 64-66.

2. EPITOMAE.

*FLODOARDUS, *De triumphis Christi Antiochiae*, II. 11 (*P.L.* CXXXV. 585-588). — VINC. BELLOV. XVII. 93.

Malrubius cultus ut martyr in Scotia. — Oct. 27.

LEGENDA. *Inc.* Malrubii m. Christi transitum de hoc mundo — *Des.* integris permanentibus. [5191

Brev. Aberdonense, pars aest., Propr. SS. 89ᵛ-91, lect. I-III, VII-IX; || *Act. SS.* Aug. VI. 132.

Mamas seu **Mammes** m. Caesareae Cappadociae, sub Aureliano. — Aug. 17.

1. PASSIO. *Inc.* Cum primitus ab Aureliano persecutore christianorum per universum orbem (*al.* mundum) — *Des.* α) His dictis, bb. m. deposuit spiritum. Christiani vero collegerunt... Passus est... [5192

vel β) Et his dictis posuit spiritum. Passus est... [5193

vel γ) His dictis, emisit spiritum. Laetatur cum Christo et angelis eius. Amen. [5194

MOMBRITIUS, II. 69-70ᵛ (des. α).
Exc. *Act. SS.* Aug. III. 424-25, n. 5, 6; cf. 428, n. 21 (des. β).

2. PASSIO. *Inc.* In diebus illis cum primum ab Aureliano imp. persecutio christianis orta — *Des.* Et haec dicens emisit spiritum, et dormiente iam corpore, festinus migravit in caelum, regnante... [5195

Bosco (Io. a), *Bibl. Floriac.* II. 240-48.

3. PASSIO. *Inc.* Inter singulorum gesta sanctorum b. Mammae passio non silebitur. Qui cum egressus impulsione divina pervenisset — *Des.* Et his dictis emisit spiritum, et dormiente iam corpore, migravit ad caelum, regnante... [5196

Cf. *Catal. Paris.* II. 60, 133ᵉ; III. 367, 28ᵉ.

4. PASSIO METRICA AUCT. WALAHFRIDO STRABONE. *Inc. prol.* Legistis, meminit vestra sagacitas — *Inc. oratio.* O rerum sator omnium tremende — *Inc.* Urbem Cappadoces habitant, quos ille refertur — *Des.* Augia quem felix Strabonem nomine nutrit. [5197

CANISIUS, *Ant. lect.* VI, 1. 546-68; ed. BASNAGE, II, 2. 184-99; || *Bibl. patr. Colon.* (1618), IX, 1. 972-77; || *Bibl. patr. Lugd.* (1677), XV. 204-10; || *P.L.* CXIV. 1047-62; || DÜMMLER (E.), in *MG.* Poet. lat. II. 275-96.

5. PASSIO AUCT. GODEFRIDO EP. LINGONENSI. *Inc. prol.* Passio b. Mamantis m. de graeco in latinum translata est Antiochiae — *Inc.* Igitur s. M. magnus m., hoc enim a Syris et Graecis — *Des.* Ascendit autem die II, id est IV non. sept.; cum quo et nos... [5198

Bosco (Io. a), t. c. 213-25 (deest prol.; Passio adscripta est Reynaldo ep. Lingonensi); || *Act. SS.* t. c. 435-39.

6. EPITOMAE.

NOTKERUS, 16 iul. et 17 aug. — VINC. BELLOV. XII. 116, 117. — PETRUS DE NAT. VII. 72.

7. TRANSLATIONES LINGONAS. *Inc. prol.* Quoniam fragilitas condi-

cionis humanae — *Inc.* Fidelis enim narrat antiquitas — *Des.* cuius anno inc. MCCIX facta sunt haec, eodem praestante... [5199

Bosco (Io. a), t. c. 226-39; || Surius, VIII (1618), 176-79; || *Act. SS.* t. c. 440-46; || Riant, *Exuviae sacrae Cpolitanae*, I. 22-34.

Exc. Duchesne, *Hist. Franc. scr.* IV. 163, 423. — Bouquet, XI. 482-83; XIV. 324.

Mamertinus ab. Autisiodorensis, saec. V. — April. 20, Mart. 20.

1. Libellus de revelatione S. Corcodemi mart. et de conversione S. Mamertini. *Inc. prol.* Quanta sit divinae misericordiae pietas — *Inc.* Eram itaque ego ipse, inquit M., idolis serviens — *Des.* α) ipse hereditario iure sanctitatis eius officium suscepisset. [5200

vel β) officium suscepisset. Gesta sunt autem haec omnia in civitate Autisiodorensi, imperante... Dño... [5201

Insertus est hic libellus in Vita interpolata S. Germani Autisiodorensis (supra **Germanus** Autis., **1b**; cf. **1a**) et cum ea editus.

2. Epitomae.

a. *Inc.* Mamertinus prius paganus cum idola quadam vice coleret — *Des.* ubi in ecclesia S. Germani honorifice sepultus est. [5202

Leg. aurea, c. 129 (124); || Mombritius, II. 70ᵛ-71.

b (aliae, paululum a **2a** et inter se etiam diversae) Vinc. Bellov. xxi. 17. — Petrus de Nat. iv. 13. — *Act. SS.* April. II. 759; 3ª ed. 757.

Mamertus ep. Viennensis, † cca. 475. — Mai 11.

1. Homilia Aviti ep. Vienn. de Rogationibus. *Inc.* Currit quidem tramite vitali — *Des.* sine fine vigilabit. [5203

Gaigneius (I.), *Christiana et docta divi Alchimi Aviti ... poemata* (Lugduni, 1536), 159-64; || Grynaeus (I. I.), *Monumenta S. patrum orthodoxographa* (Basileae, 1569), II. 1777-80; || *Bibl. patr. Paris.* (1575), VII. 338-342; || Zehnerus (M. I.), *Divi Alcimi Aviti ... opuscula* (Lipsiae, 1604), 230-38; || Surius, V (1618), 139-41; || Sirmondus (I.), *S. Aviti ... opera* (Paris. 1643), 150-57; || *Bibl. patr. Lugd.* (1677), IX. 591-92; || *Act. SS.* Mai II. 631-32; 3ª ed. 629-31; || *Iacobi Sirmondi opera varia*, II (Paris. 1696), 133-140; *id.* II (Venetiis, 1728), 89-94; || Gallandius, X. 744-46; || *P.L.* LIX. 289-94; || *Aviti ... opera*, ed. R. Peiper, in *MG.* Auct. ant. VI, 2. 108-12; || Chevalier (U.), *Œuvres complètes de S. Avit* (Lyon, 1890), 293-99.

2. Epitome.

Notkerus, 25 april.

3. Laudatio. *Inc.* Natalem s. M-i... hodie celebramus... Hic fuit temporibus Arcadii — *Des.* Huius temporibus et Ephesina prima... [5204

Cf. *Anal. Boll.* VIII. 154-55, 146°.

Mammarius presb. et soc. mm. in Numidia. — Iun. 10.

Passio. **a.** *Inc.* Sub Maximiano et Gallieno imp. talis exstitit perse-

cutio — *Des.* decollati sunt in loco montuoso hora VI, IV id. iun. Tunc Maximilla senatrix... Amen. [5205

MABILLON, *Vet. anal.* IV. 93-103; 3ª ed. 178-80.

b. *Inc.* Sub Valeriano et Galieno imp. exiit edictum tale persecutionis — *Des.* in loco montuoso percussi pro fide Christi, palmam martyrii adepti sunt IV id. iun. Tunc Maximilla senatrix... Amen. [5206

Act. SS. Iun. II. 268-71; 3ª ed. 265-67.

Mammas, Mammes. *Vid.* **Mamas.**

Mandetus. *Vid.* **Maudetus.**

Manechildis v. in dioec. Catalaunensi, saec. VI. — Oct. 14.

VITA. *Inc.* Manechildis soror minima s. Amae virginis fuit patre Cygmaro — *Des.* in ipso S. Urbani monasterio... conservatur. [5207

Act. SS. Oct. VI. 531; 3ª ed. 530-31.

Manirus ep. in Scotia. — Dec. 18.

LEGENDA. *Inc.* Catholica per Scotos suscepta fide — *Des.* ibidem hucusque colitur et veneratur. [5208

Brev. Aberdonense, pars hiem., Propr. SS. 19ᵛ-20ᵛ.

Mansuetus ep. Tullensis, † cca. 375 (?). — Sept. 3.

1. VITA ET MIRACULA AUCT. ADSONE AB. DERVENSI, libris 2. *Inc. prol.* Dño suo... Gerardo... Sacro est subnixum eloquio — *Inc. carmen I.* Inclita Mansueti claris natalibus orti — *Inc. carmen II.* Magni consilii per te quos imbuit olim — **I.** VITA. *Inc.* Post gloriosum caelestis victoriae triumphum — *Des.* relationibus comprobabit. [5209

II. MIRACULA. *Inc. prol.* Quod in anterioris exsecutione operis — *Inc.* Interea longa evoluta quoque temporum serie — *Des.* Nunc in his quoque finem faciamus... [5210

BOSQUET, *Eccl. gall. hist.* II. 23-38 (desunt prologus, carmina et magna pars libri II); || MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.* III. 1013-24 (omisso carmine II et libro I); || CALMET, *Hist. de Lorraine,* I, preuves, 86-104; 2ª ed. 122-42 (om. prol.); || *Act. SS.* Sept. I. 637-51; || *P.L.* CXXXVII. 619-44.

EXC. WAITZ (G.), in *MG.* Scr. IV. 509-14 (ex libro II).

2. VITA. *Inc. prol.* (*in Gesta episc. Tullensium*) Licet sanctorum omnium virtutes — *Inc.* Fuit idem ven. pater, sicut relatu maiorum didicimus — *Des.* obtinet trinitatem per infinita saec. saec. Amen. [5211

MARTENE, t. c. 991-92; || CALMET, t. c. preuves, 83-85; 2ª ed. 121-22; || *Act. SS.* t. c. 636, n. 1-5; || WAITZ (G.), in *MG.* Scr. VIII. 632-33, n. 1, 2; || *P.L.* CLVII. 447-48.

Quaedam etiam de S. Mansueto leguntur in sequenti capitulo *Gestorum,* quod est de S. Amone. *Inc.* " Post excessum... „. *Des.* " Ad matriculam dñi M-i et dñi Amonis. „ [5212

3. Vita metrica. *Inc.* Ecclesiae Christi Petro moderante ducatum — *Des.* Civibus adiunctus superis, reminiscere nostri. [5213

De qua *Act. SS.* t. c. 618, n. 10.

4. Vita. *Inc.* Mansuetus moribus mansuetus et nomine fuit — *Des.* et virtutibus ac signis illustrat; cui est honor... [5214

De qua ibid. (ex ms. Ultraiectino S. Salvatoris).

5. Miraculum an. 1009. *Inc.* A transmarinis quoque partibus venit Godelindis — *Des.* pontificante... dño Bertoldo ep., ind. VII. [5215

Martene, t. c. 1024-26; || Calmet, t. c. preuves, 104-6; 2ª ed. 143-44; || *Act. SS.* t. c. 651-52; || Waitz, in *MG.* Scr. IV. 514-15.

6. Miraculum an. 1049 auct. Petro diac. romano. *Inc. prol.* Benedictus Dñus Deus — *Inc.* Rusticus quidam s. M-i primi Leuchorum praesulis — *Des.* qui deducit ad inferos et reducit, cui sit honor... [5216

Martene, t. c. 1041-44; || Calmet, t. c. preuves, 118-19; 2ª ed. 157-59 (omisso fine); || *Act. SS.* t. c. 653-54; || Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XV. 930 (omisso fine et vix non toto prologo). — Cf. supra **Aper** ep. Tullensis, **3.**

7. Elevatio an. 1104. *Inc. prol.* Humanae mentis infirmitas — *Inc.* Ab antiquis siquidem patribus accepimus — *Des.* non pepercit redimere I. C. Dñus N., cui cum Patre... [5217

Martene, t. c. 1088-92; || Calmet, op. c. III. 2ª ed. preuves, 107-9; || *Act. SS.* t. c. 655-56; || Holder-Egger, t. c. 931-32.

8. Narratio de rebus in monasterio S. Mansueti gestis. *Inc. prol.* Ineffabilis providentia — *Inc.* Auctore denique Deo s. romanae ecclesiae praesidente Gregorio VII — *Des.* quae contigerant, seriatim recitavit. Perfectae siquidem haec sunt insignia mentis... [5218

In priore parte libelli sermo est tum de aliis rebus, tum de inventione reliquiarum SS. Petri et Pauli in monasterio S. Mansueti; pars posterior miraculis S. Mansueti narrandis continetur.

Libelli huius videntur exstitisse recensiones duae (α et β); quarum altera praesertim in parte priore amplior erat et in utraque parte versiculis post singula capitula intermistis exornata. Neutra vero recensio integre edita est.

Exc. Calmet, op. c. II. preuves, 277-79; 2ª ed. V. 153-56 (pars prior recensionis α, sed sine prologo). — *Act. SS.* t. c. 623, n. 29. 631-33, n. 63-68 (ex parte priore recensionis β); ibid. 656-58 (pars II quibusdam passim omissis). — *Gallia christ.* XIII (1785), 1086-87 (ex parte priore). — Holder-Egger, t. c. 932-34 (ex partibus I et II).

Mantius m. prope Eboram in Lusitania. — Mai 21.

Passio. *Inc.* Inter hos martyres, qui sublimi passione... Hic namque incola fuit natione urbis Romae — *Des.* plura praeterita fuisse quam dicta. Haec sunt sanctorum digna commercia... [5219

Act. SS. Mai V. 33-34, n. 9-13; || Florez, XIV. 374-78; 2ª ed. 386-90. — In his editionibus deerant pauca quaedam, quae suppleta sunt *Catal. Paris.* II. 52, 71°

Manveus ep. Baiocensis, † cca. 480. — Mai 28.

VITA. *Inc.* In urbe Baiocensi annum circiter CCCCLX — *Des.* His dictis, felix confessor exspiravit V kal. iun. [5220

Act. SS. Mai VI. 767-68; 3ª ed. 757-58.
EXC. LABBE, *Bibl. mss.* I. 779.

Mappalicus et soc. mm. in Africa, † 251. — April. 17.

EPISTULA S. CYPRIANI DE EIS. *Inc.* Cyprianus... Exsulto laetus et gratulor — *Des.* et nostri meminisse. Valete. [5221

* CYPRIANI epist. 10, al. 8 vel 9 vel II. 6 (*P.L.* IV. 245-50; || *Cypriani opera*, ed. G. HARTEL, in CORP. SCR. ECCL. LAT. III, 1. 490-95); || *Act. SS.* April. II. 480-81; 3ª ed. 476-77.

Marcella vid. Romana, † 410. — Ian. 31.

1. VITA AUCT. HIERONYMO. *Inc. prol.* Saepe et multum flagitas, v. Christi Principia — *Inc.* Orba patris morte, viro quoque — *Des.* et legentibus placere desiderans. [5222

* HIERONYMUS, epist. 127, al. 16 (*P.L.* XXII. 1087-95); || *Vitae SS. Patrum* (Colon. 1548), sign. T. 5-V; || SURIUS, I (1570), 753-57; (1576), 777-81; (1618), 562-64; (1875), 854-61; || *Vitae Patrum*, ed. ROSWEYDUS, 417-21; || *Act. SS.* Ian. II. 1106-9; 3ª ed. III. 721-24; || CHANTELOU (Cl.), *Bibliotheca patrum ascetica*, IV (Paris. 1663), 288-96.

2. EPITOME.

IAC. PHILIPPUS BERGOMENSIS, c. 129.

Marcellianus m. Romae. *Vid.* **Marcus.**

Marcellina v. soror S. Ambrosii, saec. IV extr. — Iul. 17.

1. LAUDATIO. *Inc. prol.* Aedificationi fraternae — *Inc.* Marcellinam igitur gloriosissimam v. — *Des.* refulget in terris, praestante... [5223

MOMBRITIUS, II. 95ᵛ-97ᵛ; || *Act. SS.* Iul. IV. 234-38.

2. EPITOMAE.

HILARION MEDIOLANENSIS, f. 60-61. — IAC. PHILIPPUS BERGOMENSIS, c. 128.

Marcellinus papa m., † 304. — April. 26.

Lib. pont. (ed. DUCHESNE, I. 16; || ed. MOMMSEN, 41-42). — * FLODOARDUS, *De Christi triumphis apud Italiam*, VII. 1 extr. (*P.L.* CXXXV. 713-14). — *Leg. aurea*, c. 60 (58). — PETRUS DE NAT. IV. 89.

Marcellinus tribunus m. in Aegypto. *Vid.* **Marcellus.**

Marcellinus ep. Anconitanus, saec. VI. — Iun. 9.

1. NARRATIO. *Inc.* Eiusdem quoque Anconitanae antistes ecclesiae — *Des.* non auderet. Perpendis, Petre... [5224

* Greg. Magnus, *Dial.* I. 6 (*P.L.* LXXVII. 181); || *Act. SS.* Ian. I. 590, n. 2. — Epitome eiusdem : Petrus de Nat. II. 59.

2. Vita. *Inc.* Vir vitae ven. M. praesul Anconitanus fuit, qui Iesu Christi vestigia secutus — *Des.* aedificium ulterius tetigit. Haec et alia multa cottidie... [5225

De qua Baronius in editione sua *Martyrologii Romani*, ad diem 9 ian.; Ferrarius, *Catalogus sanctorum Italiae* (Mediolani, 1613), 14-15.

Marcellinus ep. Aniciensis seu Podiensis. — Iun. 7.

Vita. *Inc.* Post Romuleae urbis Marcellinum presb. — *Des.* usui pristino sunt restituta. Multa alia miracula... [5226

Chassaing (A.), *Chroniques d'Étienne Médicis*, I (1869), 44-45.

Marcellinus ep. Ebredunensis, saec. IV extr. — April. 20.

1. Vita. *Inc. prol.* Inter illustrium martyrum gloriosa certamina — *Inc.* Marcellinus igitur, Africanae provinciae civis — *Des.* Haec interim... tenui sermone perstrinximus. [5227

Mombritius, II. 71-73; || *Act. SS.* April. II. 750-53; 2ª ed. 749-52.

Exc. Fornier (M.), *Histoire générale des Alpes*, III (Paris-Gap, 1892), 555-556 (lectiones novem, quae exhibent, paucis omissis, ipsum prologum et initium Vitae).

2. Miracula. *Inc.* Licet superiori libello... Quodam igitur tempore uni ex pauperculis — *Des.* vel similia conscribantur. [5228

Act. SS. t. c. 754-55; 3ª ed. 752-53.

3. Epitomae.

* Greg. Turon. *Glor. conf.* 68 (69). — Ado, 20 april.

Marcellinus ep. Ravennas, saec. IV ante med. — Oct. 5.

Vita (in Agnelli *Lib. pont. eccl. Ravenn.* episc. X). *Inc.* Marcellinus X iustus et timoratus — *Des.* in basilica b. Probi. Sedit... [5229

* Agnellus (*MG.* Scr. rer. langob. 283); || *Act. SS.* Oct. III. 31, n. 7.

Marcellinus presb., **Petrus** diac. **et soc.** mm. Romae, † 299. — Iun. 2.

1. Passio. *Inc.* Benignitas salvatoris nostri, martyrum perseverantia comprobata — *Des.* α) pervenit ad misericordiam salvatoris, cui est honor... Amen. [5230

vel β) pervenit... Amen. Quorum corpora... et sepelivit sub die IV non. iun. in pace. [5231

III. HOMILIA. *Inc.* Cantemus Dño... Novimus, ff., novimus omnes — *Des.* et saeculum per ignem. Amen. [8192

GILES, *Herberti opera,* II. 185-200; || *P.L.* CXC. 1403-13.

IV. CAUSA EXSILII ET MARTYRII B. THOMAE. *Inc. prol.* Huic vero cantico laudis subsequitur — *Inc.* Primum hoc damnavit... De advocatione — *Des.* cum patre suo ibidem praesente. [8193

GILES, *Herberti opera,* II. 200-205; || *P.L.* CXC. 1413-17. — Utrinque ultima pars, quae in codice mutilo deerat, suppleta est ex " Quadrilogo „ (infra **10, A, a,** IV). Constat vix non tota haec pars IV Constitutionibus, quae dicuntur, Clarendonensibus, de quibus vid. infra, **32.**

10. " QUADRILOGUS „ SEU NARRATIO COMPILATA EX VITIS 1 I, 3 B, 6 ET 9 I. **A.** (QUADRILOGUS " II „). **a.** AUCT. E(LIA?) MON. EVESHAMENSI. **I.** *Inc. prol.* Post summi favoris dote vestitos praeclaros pugiles — *Inc. lib. I.* B. igitur Thomas, Londoniensis urbis indigena *etc. ut* 3, B, II. — *Des. lib. III.* ut dies V dñicae nativitatis ad miseriam eius fieret natalis ad gloriam, praestante eodem... Amen. [8194

II. *Inc. de gestis post martyrium.* Cum audisset rex Anglorum — *Des.* dies suos non dimidiarent. [8195

LUPUS, *Epist. et vita divi Thomae* (1682), Vita, 1-156; || *Lupi opera,* X, 1-55; || ROBERTSON, op. c. IV. 266-424.

EXC. BOUQUET, XIV. 452-65. — GILES, *Vita,* II. 192-206; || *P.L.* CXC. 351-360. — Vid. insuper ad **1** I, **3, 6.** Nempe Vitarum **3** et **6,** quae nondum editae erant, et narrationis **1** I, quae adhuc reperta non est, fragmenta in Quadrilogo exscripta inde collegerunt viri moderni; apte tamen monet ROBERTSON, op. c. I. XXVII, not. 1, in describendo Quadrilogo amanuenses nonnumquam erravisse et v. g. tamquam ex Herberto excerptum dedisse id quod ex Willelmo revera excerptum erat.

III. *Inc. Catalogus eruditorum B. Thomae.* Quoniam in hac historia de eruditis — *Des.* et tantos patronos conquisivit. [8196

Lupus, l. c. 156-63; || *Lupi opera*, X. 55-57. — Excerptus est ex libro VII Vitae **9**, I.

IV. *Inc. Causa exsilii et martyrii B. Thomae.* Huic etiam libello nostro inserere studuimus... Cap. I. De advocatione — *Des.* cum patre suo ibidem praesente. [8197

Lupus, l. c. 163-67; || *Lupi opera*, X. 58-59. — Solum initium Giles, *Vita*, II. 206; || *P.L.* CXC. 360. — Exscripta est haec pars ex **9**, IV.

Prologus alter. *Inc.* Ven. dño et patri Henrico... E. humilis... Virorum illustrium et praesertim sanctorum vitam... [8198

Giles, *Vita*, II. 33-34; || *P.L.* CXC. 253-54; || Hardy, *Descr. catal.* II. 343, not.; || Robertson, op. c. IV. 425-26.

b. Altera editio auct. Rogero mon. Croilandiensi. *Inc. epist. Henrici ab. Croil.* Reverendissimo patri... Stephano... Cantuariensi archiep... Si mihi, prout adiacet velle — *Inc. epist. Rogerii.* Amantissimo dño suo et patri Henrico... Gloriosum gloriosi martyris Christi Thomae triumphum — *Inc.* ..... — *Des.* vel ubi pedes eius steterunt, ipso nimirum... faciente mirabilia, qui mirabilis est... Amen. [8199

Exc. Brial (J. J.), in *Notices et extraits*, IX, 2 (1813), 88-89, 91-92 (utraque epistula). — Giles, *Vita*, II. 40-50; || *P.L.* CXC. 257-64.

B. (Quadrilogus " I „). *Inc. prol. ut in* 4. — *Des.* pura fide plena prosequatur oratio — *Inc.* Electus *etc. ut in* 4. — *Des. lib. III ut in* 10, A, a, I. — *Inc. lib. IV de gestis post martyrium ut* 10, A, a, II. — *Des. ut* 10, A, a, II. *Verum sequitur tum " Catalogus eruditorum „ (supra* 10, A, a, III), *dein litterae tres Alexandri papae, postea " Causa exilii „ (supra* 10, A, a, IV), *demum aliquot litterae.* [8200

Vita et processus S. Thome Cantuariensis mart. Paris. 1495 (Hain, 15510), sign. A.ij-G.5v. — Sequitur " liber „ quidam " quintus „ (sign. G.5v-m.5v) qui incipit a " Concilio Clarendonensi „ (infra **32**, II) et documenta alia plurima, praesertim vero epistulas, complectitur.

Exc. Giles, *Vita*, II. 181-91; || *P.L.* CXC. 345-52. — Robertson, op. c. II, 451-58.

11. Vita. *Inc. prol.* Nota dicturus sum — *Inc.* Igitur b. archipraesul et m. Thomas mediocribus Londoniarum civibus — *Des.* (*mutila*) tandem breve subiecit responsum, dicens | [8201

Exc. Giles, *Vita*, II. 316-26; || *P.L.* CXC. 361-70. — Robertson, in *Archaeologia Cantiana*, VII (1868), 216-32. — Id. *Materials*, IV. 158-85. — Pauli, t. c. 33 (" Ex fragmentis „ III).

12. Homiliae fragmentum. *Inc.* In exilio non erat — *Des.* adiecit fidelium devotio. [8202

Exc. Robertson, in *Archaeologia Cantiana*, t. c. 208-13. — Id. *Materials*, IV. 145-53.

13. Narratio de consecratione S. Thomae. *Inc.* (*mutila*)... cleri, frequentia magnatum, concursu militiae — *Des.* s. Dei martyrem ordinavit archiepiscopum. Ipse b. Thomas exoret Dñm... Amen. [8203

Robertson, in *Archaeologia Cantiana*, t. c. 213-16. — Id. *Materials*, IV. 154-57.

14. Narratio de nece S. Thomae et de regis paenitentia. *Inc.* Quinta die natalis Dñi circiter horam vespertinam — *Des.* Rex filius regis... iuravit et promisit. Et de hac re hactenus. [8204

Giles, *Vita*, I. 375-78; || *P.L.* CXC. 229-32.

15. Vita. *Inc.* Anno Dñi mclxx in Anglia res horrenda, res cruenta — *Des.* qui dixerunt in corde suo : " Non est Deus. „ [8205

Catal. Brux. I. 269-80.

16. Vita adscripta " magistro Euvrardo „. *Inc. prol.* Ad laudem bb. martyris Thomae et fidelium aedificationem — *Inc.* Itaque cum primo Henricus II Anglorum monarchiae... praesideret — *Des.* α) laborantes curando, in quibus fidele... testimonium... praestolamur. [8206

vel β) laborantes curando, ad gloriam... Amen. [8207

Martene et Durand, *Thes. nov. anecd.* III. 1737-46 (desunt pauca in fine); || Giles, *Vita*, II. 164-80 (des. α); || *P.L.* CXC. 335-44 (des. α).

Exc. Robertson, *Materials*, II. 287-88 (des. β).

17. Vita auct. Thoma mon. Frigidi-Montis, dioec. Belvacensis. *Inc. prol.* Iesus Christus heri et hodie — *Inc.* Electus igitur in Christo ante mundi constitutionem — *Des.* Rogemus ergo nos omnes piissimum Dñm N. I. C., ut ad pascua... Amen. [8208

Giles, *Anecdota Bedae*, 207-94.

Exc. (prologus, non tamen integer) Giles, *Vita*, II. 50-54; || *P.L.* CXC. 263-66.

18. Passio. *Inc. prol.* Digne, ff., huius diei praeclara festivitas — *Inc.* Dormiente igitur cum patribus suis... Theobaldo — *Des.* ad regnum lucis et gloriae, in qua regnat Deus... Amen. [8209

Giles, *Vita*, II. 137-45; || *P.L.* CXC. 317-24; || Robertson, op. c. IV. 186-95.

Aliquando (cf. *Catal. Paris.* II. 275, 4°), omissa prima parte prologi, ita *inc.* " Hodie b. Thomae a fidelibus honor et reverentia... „ [8210

19. Passio. *Inc. prol.* Gloriosi m. Thomae, ff. cc., natalem celebrantes — *Inc.* B. igitur Thomas, Cantuariensis archiep., sicut prius in cancellariae... officio — *Des.* et adorarent ad sepulcrum eius. Passus est autem... Ad quam nos perducere... Amen. [8211

Marianus Victorius, *Cantuariensium archiepiscoporum omnium... catalogus*, ed. Gerardus Vossius (Romae, 1604), 16-19; || *S. Gregorii Thaumaturgi opera*, ed. Gerardus Vossius (Moguntiae, 1604), Miscellanea, 139-43; || Giles, *Vita*, II. 146-52; || *P.L.* CXC. 323-28.

20. Passio. *Inc.* Cum de reformanda pace inter regem Angliae et dñm Cantuariensem — *Des.* proprium filium interfecisse. [8212

GILES, *Vita*, II. 153-57; || *P.L.* CXC. 327-30; || ROBERTSON, op. c. IV. 196-200.

Exc. ROBERTSON, op. c. II. 289, III.

21. PASSIO. *Inc.* Bb. Thomas Cantuariensis archiep. reformata, ut videbatur, pace — *Des.* altitudo aquae 60 pedes. [8213

GILES, *Vita*, II. 157-64; || *P.L.* CXC. 329-34.

Exc. ROBERTSON, op. c. II. 289-90, IV.

22. PASSIO. *Inc.* Nativitas s. Thomae... Thomas natione anglicus, nobili(s) genere, nobilior moribus — *Des.* in illam post Christum totam iactare fiduciam. [8214

HAMILTON (A.), in *The Tablet*, XLVII (1876), 775-76, 808-9; XLVIII (1876), 7-8, 41-43, 73-74.

Exc. ROBERTSON, op. c. IV. 431-41.

23. VITA. *Inc. prol.* Thomas interpretatur abyssus — *Inc.* Thomas Cantuariensis dum in curia regis Angliae consisteret — *Des.* alii amentes effecti miserabiliter interirent. [8215

Leg. aurea, c. 11.

24. VITA. *Inc.* Electus ante *etc. ut* 4. — *Des.* pater vero quasi morte subitanea. [8216

CAPGRAVIUS, f. 283ᵛ-92ᵛ.

25. VITA. *Inc.* Thomas Cant. archiep. et m. tempore Federici imp. — *Des.* et miraculis clarens innumeris. Passus est... [8217

PETRUS DE NAT. II. 13.

26. VITA ET MIRACULA. *Inc. prol. ut in* 3, B, II. — *Inc.* Praedictus igitur bb. Thomas Londoniis oriundus — *Des.* et a timore inimicorum ereptos laetificavit eos. [8218

MOMBRITIUS, II. 338-41.

27. CARMINA DE VITA ET PASSIONE. **I.** (AUCT. MAURINO MON.). *Inc. prol.* Martyris in laudem, sed tanto martyre dignum — *Inc.* In Dorobernensis sublimis culmine sedis — *Des.* Semper in omnia saecula nescia limitis. Amen. [8219

GILES, *Anecdota Bedae*, 170-87.

II. (AUCT. WILLELMO CANTORE DE CUMBA?). *Inc.* Quidam hoc compendium frater compilavit — *Des.* Clauditur hoc spatio breviter deprompta. [8220

GILES, *Anecdota Bedae*, 196-200.

III. *Inc.* α) Anima carissimi patris pax et homo... [8221

vel β) Ante chaos iurgium indigestae molis... [8222

et Des. α) Praestet id quod petimus rex regni caelorum. [8223

vel β) Facit multos scandere quo Thomas ascendit. [8224

STAPLETONUS (Th.), *Tres Thomae* (Duaci, 1588), 159-68; *id.* (Coloniae Agripp. 1612), 138-48 (inc. β, des. β; desunt passim nonnulla); || DU

Méril (Ed.), *Poésies populaires latines du moyen âge* (1847), 70-93 (inc. β, des. α); || Giles, *Anecdota Bedae*, 114-33 (inc. α, des. α).

IV. *Inc. prol.* Virtutis sermo sanctorum magnificentum — *Inc.* Impugnare Dei sponsam non desinit hostis — *Des.* Hic semel, hic semper eruatur mentis agone. [8225

Cf. Hardy, *Descr. catal.* II. 369.

V. *Inc.* Archilevita Thomas et cancellarius Anglis — *Des.* Est laus, est virtus, est sine fine decus. (Amen.) [8226

Cf. Hardy, t. c. 370.

VI. *Inc. prol.* Mens in parte cupit mei Thomae scribere vitam — *Inc.* Mutatis rebus sub eisdem forte diebus — *Des.* Rem mundo teste res ipsa probat manifeste. [8227

Cf. Hardy, t. c. 371.

28. Translatio an. 1250. **a.** *Inc.* Anno L passionis gloriosissimi m. Thomae Cant. archiep. ven. pater Stephanus — *Des.* quidam episcopus eum, ne mergi posset, supportavit. [8228

Giles, *Vita*, II. 35-39; || *P.L.* CXC. 253-58; || Robertson, op. c. IV. 426-30.

b. (carmen). *Inc.* Sub modio lumen, census sub clave sepultus — *Des.* Et circumcisa fructum faciente loquela. [8229

Cf. Hardy, t. c. 369.

c. *Inc.* Gloriosissimi m. Thomae translationem... Anno igitur L a passione sua — *Des.* a passione ipsius m. anno L. [8230

Brev. Aberdonense, pars aest. Propr. SS. 26-27.

d. *Inc. lect. I.* Gloriosi *etc. ut* 28 c. — *Inc. lect. II.* Anno igitur *etc. ut* 28 c. — *Des. lect. III.* super lapidem unum 7 oculi sunt. [8231

Giles, *Anecdota Bedae*, 295-96.

29. Miracula in monasterio Domni Martini seu S. Iudoci in Nemore. *Inc.* ..... — *Des.* quibus etiam amplissima fecit dona. — *Inc. appendix.* Cum superioribus capitibus quam plurima — *Des.* testimonium virtutum eius praebuerunt. [8232

Exc. Stapletonus, op. c. (1588), 126-55; (1612), 109-35; || Giles, *Anecdota Bedae*, 138-64.

30. Miracula. *Inc.* Miles quidam nobili genere ac dives Walterus — *Des.* eademque hora est illuminatus. [8233

Giles, *Vita*, I. 378-79; || *P.L.* CXC. 233-34; || Robertson, op. c. II. 323, not.

31. Miraculum an. 1445. *Inc.* Universis... Iohannes permissione divina prior... Cum fidelis quilibet... [8234

Stanley (A. P.), *Historical memorials of Canterbury* (London, 1868), 288-289; || Robertson, op. c. II. 295-96.

32. Summa causae inter regem et Thomam. **I.** Concilium Londoniense an. 1163. *Inc.* Henricus nobilis rex Anglorum — *Des.* anathema sit. [8235

II. Concilium Clarendonense an. 1164. *Inc.* Anno ab inc. Dñi MCLXIV — *Des.* cum patre suo dño rege ibidem praesente. [8236

III. De exsilio Thomae. *Inc.* Thomas igitur, Deo dignus archiep. — *Des.* nulli hominum aliquid debetur. [8237

Giles, *Vita*, II. 251-61; || *P.L.* CXC. 395-402; || Robertson, op. c. IV. 201-12. Ubique in parte II omiserunt editores ipsa verba Constitutionum, quae dicuntur, Clarendonensium (" De advocatione... „), utpote quae saepe alibi compareant, v. g. in Vitis **6**, **9** IV, **10 A a** IV, inter Matthaei Parisiensis *Chronica Maiora* ad an. 1164, inter Rogeri de Wendover *Flores historiarum* ad an. 1164, etc.

Exc. (pars II non integra) *Vita et processus*, Paris. 1495 (Hain, 15510), sign. g.5^{v}-g.6^{v}. — (sola pars II) Lupus, t. c. Epistolae, 25-26 (omissis " Constitutionibus „); || *Lupi opera*, X. 72 (item); || Robertson, op. c. V. 71-79. — Ubique post : " ibidem praesente „ sequitur § quae *inc.* " Sunt autem et aliae... „ et *des.* " inviolabiliter observentur „. [8238

33. Series causae inter Henricum regem et Thomam, auct. Radulfo de Diceto. *Inc. inscriptio.* Viris religiosis commorantibus Senonis... — *Inc.* Omissis omnibus quae vel in iuventute — *Des.* α) audire non potuit aliqua ratione. [8239

vel β) Thomas Cant. archiep. sedit... diebus 28. [8240

vel γ) dependentes a collo secum deferentes ampullas. [8241

Twysden, *Hist. angl. scr.* 711-20 (omissis fere quae ex suis *Abbreviationibus chronicorum* ad verbum exscripsit Radulfus) ; || Stubbs (W.), *Radulfi de Diceto... opera historica* (Rer. Brit. scr. 68), II. 279-85 (omissis iisdem ; de clausulis β et γ vid. *ibid.* 284, not. 1 et 285, not. 2).

Exc. (initium) Giles, *Vita*, II. 311-15; || *P.L.* CXC. 433-36.

34. Orationes quae finguntur an. 1164 coram Alexandro III papa habitae. **I.** *Inc.* Impunita improborum protervitate — *Des.* in consimiles videbitis audacias animari et resurgere. [8242

II. *Inc.* Si quicquam liceret iniuriae — *Des.* (*mutila*) super hoc eum convenerint nec leges | [8243

Günther (O.), in *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften... zu Göttingen*, 1893, 239-43.

35. Colloquium inter cardinales et archiepiscopum prope Gisortium an. 1167. *Inc.* Haec est actio quae celebrata est... Dñus Cantuariensis in octavis B. Martini — *Des.* et feliciter triumphabit. [8244

Vita et processus, Paris. 1495 (Hain, 15510), sign. k.ij-k.iij^{v}; || Beauchamps (Raph. de), *Historiae Francorum Merovingicae synopsis* (Duaci, 1633), 936-940; || Bouquet, XVI. 574-75 et (pars ultima) 573-74; || Giles, *Anecdota Bedae*, 89-94; || Robertson, op. c. VI. 261-66 et (pars ultima) 258-60.

Exc. (solum initium) Giles, *Vita*, II. 248-51; || *P.L.* CXC. 393-96.

36. Colloquium inter archiepiscopum et episcopum Londoniensem an. 1169. *Inc.* Archiepiscopus dicit se publice excommunicasse — *Des.* ex aliquo vel prius vel post facto reum. [8245

Giles, *Vita*, II. 211-41; || *P.L.* CXC. 371-90; || Robertson, op. c. IV. 213-43.

37. Novae constitutiones regis. *Inc. prol.* Hae sunt constitutiones quas constituit rex — *Inc.* Cap. I. Si quis inventus fuerit — *Des.* sine licentia iustitiarum regis. [8246

Vita et processus, Paris. 1495 (Hain, 15510), sign. g.6^{v}-g.7; || Lupus, op. c. Vita, 167-69; || *Lupi opera*, X. 59-60; || Giles, *Vita*, II. 206-8; || *P.L.* CXC. 361-362; || Robertson, op. c. VII. 147-49.

Exc. α) (solus prol.) Lupus, op. c. Epistolae, 27-28; || *Lupi opera*, X. 73.

β) (solae constitutiones) Leguntur in Vita **6**, I, cap. 45. — Aliam harum recensionem tradit Gervasius Cantuariensis in *Chronica* ad an. 1169, aliam etiam Rogerus de Hoveden in *Chronica* ad an. 1165, etc.

38. Visio sancti de ampulla... *Inc.* Quando ego Thomas Cant. archiep. exsul — *Des.* in quodam vase plumbeo. [8247

Giles, *Vita*, II. 246-47; || *P.L.* CXC. 391-94.

39. Tractatus de promissione B. Thomae facta Pontiniacensibus. *Inc.* Qui gubernationem huius mundi Deo attribuunt — *Des.* et prae omnibus praedicari, cui est honor... Amen. [8248

Martene et Durand, *Thes. nov. anecd.* III. 1873-82; || Giles, *Vita*, II. 297-311; || *P.L.* CXC. 425-34. — Iam recensitus est supra, s. v. **Edmundus Rich** ep. Cantuariensis, 10.

Thomas mon. m. Doroberniae, † 1295. — (Aug. 6).

Narratio. *Inc.* Cum enim Gallorum classis — *Des.* variis morbis oppressos salute gaudere fecit. [8249

Capgravius, f. 292^{v}-93.

Thomas ab. Farfensis, † cca. 720. — Sept. 10.

Vita. *Inc.* Fuit namque in Gallia vir virtute ven. — *Des.* Obiit vero IV id. dec. in pace. [8250

Mabillon, *Acta*, III, 1. 285-92; 2^{a} ed. 276-82; || *Act. SS.* Sept. III. 605-609; || Bethmann (L. C.), in *MG.* Scr. XI. 523-28, c. 1-7. — Cf. I. Giorgi, in *Archivio della società Romana di storia patria*, II (1879), 437.

Thomas Florentinus Ord. Min., † 1447. — Oct. 31.

Vita auct. Petro Marino Morello. *Inc. carmen.* Volvere quisquis amat — *Inc.* Cum clementissimus ille Deus — *Des.* in hunc usque diem perpetuo fulget, ad laudem... Amen. [8251

Act. SS. Oct. XIII. 871-92. — Cf. *ibid.* 860, n. 2.

Thomas Heliae de Bivilla presb., † 1257. — Oct. 19.

Vita auct. Clemente. I. *Inc. prol.* Cogis me, carissime frater Alane — *Inc.* Fuit igitur b. Th. H. in parochia S. Petri de Boevilla — *Des.* Obiit autem... circa horam nonam. [8252

II. (Miracula). *Inc. prol.* Quamvis, secundum quod dicit B. Isidorus — *Inc.* Narrat autem Guillelmus de Sancta Cruce — *Des.* omnino curatus fuit, ad laudem... Amen. [8253

Act. SS. Oct. VIII. 606-16; || Delisle (L.), *Vie du B. Thomas Hélie* (Cherbourg, 1860), 35-70 (= Mémoires de la Société impériale académique de Cherbourg, 1861, 203-38); || Delisle (L.), apud L. de Pontaumont, *Vie du B. Thomas Hélie de Biville* (Cherbourg, 1868), 26-57; || Bouquet, XXIII. 557-68.

Thomas ep. Herefordensis, † 1282. — Oct. 2.

1. Processus canonizationis. I. Processus de excommunicationis articulis... factus an. 1306-1307.

Exc. *Act. SS.* Oct. I. 385-86, n. 251-57.

II. Processus de Vita et miraculis factus anno 1307.

Exc. *Act. SS.* t. c. in commentario praevio, praesertim 541-68, n. 7-159 passim; 577-84, n. 209-246; 587-96, n. 263-304; *ibid.* 599-705 (3ª ed. 599-703). — Baluzius (St.), *Vitae paparum Avenionensium*, II. 366-68.

2. Vitae epitomae. a. *Inc.* S. Thomas Herefordensis ep. natione Anglicus, genere nobilis ex patre Willelmo — *Des.* Vidi etiam in uno volumine... et ostensa 425. [8254

Capgravius, f. 282ᵛ-83ᵛ. — **Mut.** Surius, V (1574), 499-500; (1580), 553-54; X (1618), 16-17; X (1879), 78-80.
Exc. *Act. SS.* t. c. 541, n. 10.

b. *Inc. prol.* Sanctorum vitam et conversationem — *Inc.* B. Thomas Heref. ep. nat. Angl., homo tamen angelicus, de parentibus nobilibus — *Des.* indulgentiam consequamur (ad laudem... Amen). [8255

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 333ᵈ-34ᵉ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 137-37ᵛ. — Deest utrobique prologus, de quo cf. *Act. SS.* t. c. 540, n. 6, et *Anal. Boll.* XIV. 62, 7°.

Thomas comes Lancastriae m., † 1321. — (Mart. 22).

Passio. *Inc. prol.* Descripturus vitam b. et magnifici viri — *Inc.* S. Thomas, comes quondam Lancastriae, secundum caducos — *Des.* pristinae redduntur sanitati, praestante... Amen. [8256

Anecdota Ioh. Gielemans, 92-100.

Thomas de Tolentino et soc. Ord. Min. martyres in Thana Indiae, † 1321. — April. 1, 7.

1. Epistulae Iordani de Severac Ord. Praed. I. (12 oct. 1321). *Inc.* Rev. in Christo patribus... Noverit vestrum omnium paternitas — *Des.* fidelibus commendare. Datum in Caga... anno Dñi mcccxxi. [8257

Quetif et Echard, *Scr. Ord. Praed.* I. 549-50; || Cordier (H.), *Les Voyages en Asie au XIVᵉ siècle du B. Frère Odoric de Pordenone* (Paris, 1891), 94-95.

II. (20 IAN. 1324). *Inc. ut* 1, I. — *Des.* me totum ex intimis recommendo. Datae in Thana... anno Dñi MCCCXXIII mense ian. in festo ss. mm. Fabiani et Sebastiani. [8258

WADDINGUS (L.), *Annales Minorum*, III (1636), 255-56; 2ª ed. VI (1733) 359-61.

EXC. *Tolentina Confirmationis cultus ... praestiti servo Dei Thomae a Tolentino*. Positio super casu excepto (Romae, 1894), Summarium super dubio... 34-35.

In neutra epistula narratur martyrium Thomae et sociorum; quod tamen a Iordano narratum alicubi esse et passim affirmant, et ex Vita 5 vere affirmari liquet. Tertiam porro epistulam a Iordano missam esse probabile est; quae haud scio an illa sit, cuius epitomen in suo *Chronico* tradidit PAULINUS DE PUTEOLIS, cap. 238, partic. 2 (MURATORIUS, *Antiquitates italicae medii aevi*, IV. 1032-34 [tamquam " ex Chronico Iordani „]; || DOMENICHELLI, t. c. infra, 297-98; || *Tolentina Confirmationis cultus...*, l. c. 35-37).

2. EPISTULA BARTHOLOMAEI CUSTODIS THAURISII. *Inc.* Rev. in Christo patri fratri Galeroni... Noveritis nos habuisse nova certa de India — *Des.* et orate pro me. Data Thaurisii in crastino ascensionis Dñi. [8259

EXC. QUETIF et ECHARD, t. c. 550.

3. EPISTULA FRANCISCI DE PISIS ORD. PRAED. *Inc. prol.* Quoniam, ut magnus dixit ille Raphael ad Tobiam : " Sacramentum regis... [8260

EXC. WADDINGUS, op. c. III (1636), 250-51; 2ª ed. VI (1733), 353-54.

4. PASSIO NARRATA AB ODORICO DE PORTU NAONIS (*inest in libellis de quibus supra,* **Odoricus**, 1). **a.** *Inc.* Martyrium autem quattuor fratrum nostrorum in illa civitate Thana fuit per istum modum. Dum praedicti fratres fuerant in Ormes, fecerunt pactum — *Des.* et ablutionem bibunt et sic ab infirmitatibus suis liberantur. [8261

HACKLVYT (R.), *The second Volume of the principal Navigations, Voyages...* (London, 1599), 41-44.

b. *Inc.* In hac contracta quae Tana dicitur, ut iam dictum est, passi fuerunt... per hunc modum. Dum ipsi essent in Ormes, pacti fuerunt — *Des.* et lavantes bibunt, et statim ab infirmitatibus totaliter liberantur. [8262

[VENNI (Gius.)], *Elogio storico alle gesta del B. Odorico* (Venezia, 1746), 49-56.

c. *Inc.* In hac contrata quae Tana nuncupatur, ut iam dictum est, passi sunt... quod per hunc modum habetur. Dum praedicti fratres essent in Ormes, pacti (*cod.* passi) fuerunt — *Des.* eam bibunt, statimque ab infirmitatibus suis totaliter liberantur. [8263

YULE (H.), *Cathay and the way thiter* (London, Hakluyt Society, 1866), II, appendix V-XIII.

d. *Inc.* In hac Chana passi sunt quattuor Fratres Minores marty-

rium gloriosum. Dum enim ni fratres essent in Ormes, conduxerunt unam navim — *Des.* ipsamque loturam bibunt, et multi mox ab omni aegritudine liberantur, praestante... Amen. [8264

Act. SS. April. I. 52-55; 3ª ed. 53-56; || Marcellino da Civezza, *Storia universale delle missioni Francescane*, III (Roma, 1859), 745-53; || Domenichelli (T.), *Sopra la vita e i viaggi del B. Odorico da Pordenone* (Prato, 1881), 159-67; || *Tolentina Confirmationis cultus*... l. c. 24-34.

In *Act. SS.* praemissum est breve prooemium, quod *inc.* " Est civitas in India media quae vocatur Thana... „ [8265

e. *Inc.* Pro fide Christi quattuor in Kana regione Minores Fratres nostri martyrio coronari meruerunt. Quorum... certamina... referenda sunt. Vocabatur autem unus... Hi quattuor in Hormes regionem ante venerant, et inde, conducta navi — *Des.* et in potum sumpserit, statim sanabitur, si qua forsitan infirmitate gravetur... Amen. [8266

De qua *Anal. Boll.* XIV 242, 7°.

5. Passio (ex 1, 2, 3 et aliis). *Inc. prol.* Quoniam, ut ait ille magnus Raphael ad Tobiam : " Sacramentum regis — *Inc.* Cum enim dicti quattuor cum fratre Iordano — *Des.* quod aliqua navis in illo optimo portu periret. [8267

Analecta Franciscana, III (1897), 597-604.

6. Passio. *Inc.* Anno praefato, scilicet mcccxxi... Cum dicti quattuor fratres cum fratre Iordano — *Des.* aquam vel vinum bibentes liberantur ab infirmitatibus suis. [8268

Anal. Franc. III. 474-79.

Thomasius seu **Thomas** de Costacciario erem. Ord. Camald., † 1337. — Mart. 25.

1. Miracula ante obitum. *Inc.* Multifariam multisque modis... Ante eius obitum dicitur — *Des.* ab omni infirmitate rupturae. [8269

Act. SS. Mart. III. 596-97 (3ª ed. 594-95), n. 7-15.

2. Miracula post obitum. I. *Inc.* In nomine Dñi. Amen. Transivit ven. pater b. Tomassus ex hoc mundi naufragio — *Des.* beneficia inde plurima recepisse. [8270

Act. SS. t. c. 598-99 (3ª ed. 595-97), n. 17-29, 16; || Mittarelli, *Annal. Camaldul.* V. 360-64.

II. *Inc.* Cum per universam provinciam Marchiae — *Des.* meritisque dicti sancti liberatus est. [8271

Act. SS. t. c. 600-602 (3ª ed. 597-99), n. 30-46; || Mittarelli, t. c. 376-80.

III. *Inc.* Quaedam domna, Aguele Morici nomine — *Des.* et claram visionem rehabuit. [8272

Act. SS. t. c. 602-3 (3ª ed. 600), n. 47-53; || Mittarelli, t. c. 383-85.

Thorlacus ep. Skalholtensis, † 1193. — Dec. 23.

1. Vitae fragmentum. *Inc.* Interea Kloingus ep. senio et gravi infirmitate fatigatus — *Des.* revocare nitebatur. [8273

Langebek, *Scr. rer. Dan.* IV. 624-27.

2. Vitae fragmentum. *Inc.* .... carnem suam castigare — *Des.* ibique secundum suam consuetudinem ex | [8274

Langebek, t. c. 627-28.

3. Lectionum fragmenta.

a. Langebek, t. c. 629. — **b.** *Ibid.* 629-30.

Thorphinus ep. Hamarensis, † 1285. — Ian. 8.

1. Carmen auct. Walterio de Muda. *Inc.* Spirat odore nimis flos hac in humo tumulatus — *Des.* Qui prece purgatum nostrum faciat scelus. Amen. [8275

De Visch (Car.), *Bibliotheca scriptorum sacri ordinis Cisterciensis*, 2ª ed. (Colon. Agripp. 1656), 316-17.

2. Vitae epitome. *Inc.* Circa an. Dñi mcclxxxiv dñus T. ep... Hic cum malevolis consentire — *Des.* fideli scripto annotetur. [8276

De Visch, t. c. 317-18.

Thru... *Vid.* **Tru...**

Thyrsus m. in territorio Augustodunensi. *Vid.* **Andochius.**

Thyrsus, Leucius, Callinicus et soc. mm. in Asia, sub Decio. — Ian. 28.

1. Passio. **a.** *Inc.* In temporibus illis erat multa insania daemoniorum et religio multa paganorum — *Des.* et fecerunt speluncam, et deposuerunt martyrem Dei in pace. [8277

Exc. (pars altera) *Act. SS.* Ian. II. 813-17; 3ª ed. III. 428-32. Prima verba exscripsimus ex codice de quo *Catal. Paris.* III. 406, 32°.

b. *Inc. ut* 1 a. — *Des.* Et vidit in caelis militiam angelorum multam... benedicentium Deum, qui vivit... Amen. [8278

De qua *Catal. Paris.* II. 298, 53°.

2. Passio. *Inc.* Temporibus Decii invaluerat multa *etc. ut* 1 a. — *Des.* Cuius orationibus et nos omnes qui haec legimus... Amen. [8279

Faber Stapulensis, *Agones mm.*, f. 70-77; || *Act. SS.* Ian. II. 817-24; 3ª ed. III. 432-39.

3. Passio. *Inc.* Tempore quo Christi membra hostis in terra premebat — *Des.* Illum tantum sanitas non sequitur, cuius fides nulla praecesserit; cuius autem... Amen. [8280

Mombritius, II. 329ᵛ-32 (multa desunt, praesertim ea quae in *Act. SS.* leguntur n. 22-44); || *Act. SS.* Ian. II. 824-32; 3ª ed. III. 439-47. — (Mut. et contracta) Tamayo, *Mart. hisp.* I, 1. 322-25.

Aliquando (cf. *Catal. Paris.* II. 46, 27°) ista Passio ita *inc.* " Cum christianae legis persecutio in Caesarea esset indulta a Decio ... sub die v kal. febr., tempore quo *etc. ut supra...* " [8281

Thyrsus, Bonifatius et soc. mm. Treverenses, sub Diocletiano. — Oct. 4.

1. Relatio Treverensium de passione et de inventione an. 1072.

I. Relatio. *Inc.* Rictiovarus Maximiani imp. praefectus legionem Thebaeam — *Des.* permanet sanguinolentum. [8282

Holder-Egger (O.), *Lamperti mon. Hersfeldensis opera* (Hannoverae, 1894, inter Scr. rer. Germ. in us. schol.), 136, not. *.

II. Inscriptio quae dicitur reperta. *Inc.* In hac crypta iacent corpora — *Des.* caedem exercuit in plebem sexus utriusque. [8283

Freherus (M.), *D. Magni Ausonii Burdigalensis Mosella cum commentario* [Haidelbergae, 1619], 125-27; || Browerus (Chr.), *Annales Trevirenses* (Coloniae, 1626), 678; || Browerus (Chr.) et Masenius (I.), *Antiquitat. et Annal. Trevir.* I (1670), 547-48; || Hontheim (I. N. ab), *Historia Trevirensis diplomatica*, I (1750), 221; || *Act. SS.* Oct. II. 351, n. 80-82. — Inserta est inscriptio tota in quibusdam codicibus operis cui titulus * *Gesta Treverorum* (cf. v. g. *MG.* Scr. VIII. 166-67, not. *; || *P.L.* CLIV. 1161-63) et in Passione **2**.

2. Passio, inventio, miracula. *Inc. prol.* Quamquam, scriptura sacra testante — *Inc.* Cum igitur inevitabilis divinae dispositionis ordo — *Des.* ab omni etiam liberatus sit corporis languore. (Benedictus sit igitur Deus... Amen.) [8284

Hontheim, *Prodr. hist. Trev.* I. 109-24; || *Act. SS.* t. c. 373-82.
Exc. Waitz (G.), in *MG.* Scr. VIII. 220-23; || *P.L.* CLIV. 1267-76.

3. Passio. *Inc.* Anno dñicae inc. ccxci Maximianus imp. cognomento Herculeus — *Des.* quae antea dispersa et incomposita fuerunt, ad laudem... Amen. [8285

Surius, VII (1581), 745-46; V (1580), 636; X (1618), 65.

Thyudgarus = Theodgarus.

Tiberius, Modestus et Florentia mm. in agro Agathensi, sub Diocletiano. — Nov. 10.

Petrus de Nat. x. 46.

Tiburtius m. Romae cum S. Caecilia. *Vid.* **Valerianus.**

Tiburtius, Chromatius et soc. mm. Romae, sub Diocletiano. — Aug. 11.

1. Passio.

Aliquando in legendariis sub titulo *Passio S. Tiburtii* exscripta sunt capitula modo plura modo pauciora, modo haec modo illa, ex Passione S. Sebastiani (vid. supra **Sebastianus**, 1).

2. Epitomae.

Ado, 11 aug. — Vinc. Bellov. xiii. 17. — Petrus de Nat. vii. 46. — Hilarion Mediolanensis, f. 70ᵛ-71.

3. Translatio SS. Tiburtii, Marcellini et Petri atque aliorum ad coenobium S. Medardi Suessionense an. 828. [*Inc. lemma.* Incipit epistola Odilonis...] — *Inc. prol.* Omnia quae dicuntur nequaquam certae rationis auctoritate — *Inc.* Dñus et augustus noster, videlicet totius orbis Romani princeps — *Des.* in patrandis miraculis communiter operari. [8286

Mabillon, *Acta*, IV, 1. 411-14; 2ª ed. 393-95; || *P.L.* CXXXII. 623-28; || Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XV. 393-95.

Exc. Duchesne, *Hist. Franc. scr.* II. 650; || Bouquet, VI. 319-20.

Tiebaldus = Theobaldus.

Tiemo = Thiemo.

Tigernacus ep. in Hibernia, † 548. — April. 4, 5.

Vita. *Inc.* Ven. praesul Tigernacus regali ex progenie natus — *Des.* ad caelestem patriam cum dulci melodia secum perduxit, ubi perenni perfruitur gloria... Amen. [8287

Act. SS. April. I. 402-4; 3ª ed. 400-403; || *Act. SS. Hiberniae ex cod. Salmant.* 211-20 (deest ultima pars).

Exc. Colganus, *Trias thaumat.* 605, xiii, xiv.

Tigris (al. Thecla) v. Mauriennensis, saec. VI. — Iun. 25.

1. Narratio Gregorii Turon. *Inc.* Nam quaedam mulier a Maurienna urbe progrediens — *Des.* ausus est mutare. [8288

* Greg. Turon. *Glor. mart.* 13 (14); || *Act. SS.* Iun. IV. 776-77 (3ª ed. V. 666), n. 335-336. — Cf. supra **Iohannes Baptista**, 6. iii.

2. " Auctoritas quod ex antiquo Mauriennensis ecclesia Viennensi ecclesiae metropoli subdita fuit. „ *Inc.* In diebus praecellentissimi regis Guntramni mulier quaedam T. nomine — *Des.* et vici Mauriennae subditum esse decrevit. [8289

* *Conciliorum collectiones* (inde ab ed. Ph. Labbei et G. Cossartii, V. 963-964; || Mansi, IX. 921-22); || *Gregorii Turonensis opera*, ed. Ruinart, 1342-1344; || Cibrario (L.) e Promis (D. C.), *Documenti, sigilli e monete appartenenti alla storia della monarchia di Savoia* (Torino, 1833), docum. 324-25; || Troya (C.), *Codice diplomatico Longobardo*, I (Napoli, 1845), 40-42; || Id. *id.* I (Napoli, 1852), 79-82; || *P.L.* LXXI. 1169-70); || Billiet (A.), *Mémoires sur les premiers évêques du diocèse de Maurienne*, s. l. a. 14-15; || Billiet (A.) et Albrieux, *Chartes du diocèse de Maurienne* (Chambéry, 1861 = Documents publiés par l'Académie impériale de Savoie, II), 8-9; || *Gallia christ.* XVI (1865), 613-14; || Krusch (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. III. 533-34.

Exc. Bordier, *Les Livres des miracles de Grégoire de Tours*, I. 44; || Molinier et Kohler, *Itin. Hieros.* II, 1. 232-33. — Roman (J.), in *Mémoires de la Société nationale des Antiquaires de France*, LVII (1898), 208-9.

3. Vita. *Inc.* Fuit in diebus praestantissimi regis Guntramni mulier nomine Tygria — *Des.* ubi cum angelis et omnibus sanctis gaudet in saec. saec. Amen. [8290

Act. SS. Iun. V. 73-75; 3ª ed. VII. 64-66.

Exc. *Brev. Mauriennense* an. 1512; || Bordier, t. c. 399-400; || Molinier et Kohler, t. c. 233-34. — Bouquet, III. 466-67. — Troya, t. c. (1845), 42; (1852), 83. — Billiet, *Mémoires...* 31-32. — Molinier et Kohler, t. c. 234-236. — Roman, t. c. 212-14.

Inde etiam excerptum est documentum quod cum brevi praeambulo aliunde desumpto legitur apud Besson, *Mémoires pour l'histoire ecclésiastique des diocèses de Genève, Tarentaise, Aoste, Maurienne* (Nancy, 1759), I, 479-80; 2ª ed. (Moutiers, 1871), 471-72; || Troya, t. c. (1845), 36-38; (1852), 71-75.

4. Cf. *Legenda aurea*, c. 125 (120) versus finem; || Molinier et Kohler, t. c. 236-37.

Tilbertus ep. Hagustaldensis, † 789. — Sept. 7. *Vid.* **Hagustaldenses.**

Tillo mon. Sollemniacensis, saec. VII extr. — Ian. 7.

1. Vita. *Inc. prol.* Igitur cum gentiles poetae studeant — *Inc.* Fuit vir vitae ven. ex genere Saxonico, T. nomine — *Des.* multi peruncti illic a diversis sanantur infirmitatibus, praestante... Amen. [8291

Act. SS. Ian. I. 376-80; || *Act. SS. Belgii*, V. 401-12.

2. Vita. *Inc.* B. Tillo ex Saxonum prosapia originem ducens — *Des.* ab obsessis corporibus expelluntur, praestante... Amen. [8292

Mabillon, *Acta*, II. 994-1000; 2ª ed. 954-60; || *Act. SS. Belgii*, V. 413-20.

3. Miracula. *Inc.* ..... Eodem tempore quo miles Christi degebat in terris, Hermen pastor — *Des.* usque ad os vino repletam. [8293

Mabillon, t. c. 1000-1001; 2ª ed. 960-61.

Timotheus discipulus Pauli, ep. Ephesinus. — Ian. 24, Sept. 27.

1. Passio auct. Pseudo-Polycrate ep. *Inc. prol.* Martyrium s. Timothei... Cunctis huius Asiae et Frigiae... Multi multas historias — *Inc.* Nam bb. ille, sicut etiam ex constitutis a Luca — *Des.* proconsulante autem Asiam Peregrino, apud nos vero regnante Dño... Amen. [8294

Hist. SS. (Colon. 1483), f. 238ᵈ-239ᶜ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 16-17; || Faber Stapulensis, *Agones mm.*, f. 54ᵛ-55ᵛ; || *Act. SS.* Ian. II. 566; 3ª ed. III. 180-81; || Pithoeus (Fr.), *Codex canonum vetus ecclesiae Romanae*, ed. Cl. Peleterius (Paris. 1687), 366-67; || *P.G.* V. 1363-66; || Usener (H.), *Acta S. Timothei* (progr. Univ. Bonnensis, 1877), 7-13.

2. Passio. *Inc.* Timotheus ep. fuit discipulus s. Pauli apost. Hic quibus oriundus fuerit — *Des.* Cpolim cum corpore b. Andreae apost. simulque Lucae evang. translata sunt. [8295

De qua *Catal. Paris.* III. 129, 15°.

3. Epitome.

Vinc. Bellov. xi. 38.

Timotheus et Apollinaris mm. Remis, sub Nerone. — Aug. 23.

1. Passio. *Inc.* Sub Nerone imp., agente Lampadio praeside, facta est persecutio — *Des.* et qui a daemoniis vexabantur, curati sunt in nomine Dñi N. I. C., cui est... Amen. [8296

Haec est Passio quam exscripsisse videtur Flodoardus (vid. infra, **2**) et quae saepe in legendariis inventa est; cf. *Act. SS.* Aug. IV. 517, n. 12; *Catal. Brux.* I. 40, 84°; II. 327, 17°; 360, 42°; *Catal. Paris.* I. 381, 5°; 414, 38°, etc. etc.

Magna est varietas lectionum in primis verbis. Passio nempe *inc.*

α) " Agente Lampadio praeside, in tempore Neronis facta est... „ [8297

vel β) " Tempore Neronis, agente L. pr., Remis civitate facta est... „ [8298

vel γ) " In diebus illis sub Nerone imp., agente... „ [8299

vel δ) " Tempore illo, agente L. pr., facta est... „ [8300

2. Narratio Flodoardi. *Inc.* B. siquidem Timotheus ab orientis partibus — *Des.* gratiarum insignibus. [8301

* Flodoardus, *Hist. Rem. eccl.* i. 4 (ed. I. Heller, in *MG.* Scr. XIII. 415-17).

3. Epitomae.

Vinc. Bellov. x. 55. — Petrus de Nat. vii. 95.

4. Miraculum. *Inc.* T. et A. apud Remensium urbem... [8302

* Greg. Turon. *Glor. mart.* 54 (55).

Timotheus m. Romae, saec. IV in. — Aug. 22.

De eo in Vita S. **Silvestri** papae, — et praeterea: Ado, 22 aug. — * Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, viii. 17 (*P.L.* CXXXV. 741-44). — *Leg. aurea*, c. 52. — Petrus de Nat. vii. 91.

Timotheus et Maura mm. in Thebaide, † cca. 286. — Mai 3.

Passio. *Inc.* In tempore persecutionis quaerebantur christiani. Adductus itaque est — *Des.* Et cum haec dixisset, ambo reddiderunt spiritum in pace. Et completum est martyrium eorum... Amen. [8303

Versio antiqua (de qua *Catal. Paris.* III. 478, 23°) libelli graeci editi in *Act. SS.* Mai I. 741-44; 3ª ed. appendix, xviii-xx; vid. *ibid.* 376-79 (3ª ed. 380-83) versionem latinam a Papebrochio confectam.

Titianus ep. Opiterginus, saec. VII med. (?). — Ian. 16.

Vita. *Inc.* Haec sacra festivitas... Titianus igitur Heracleana civi-

tate oriundus — *Des.* fuit mutata post Opitergii devastationem et permanet usque in hodiernum diem, regnante Dño... Amen. [8304

Ex ms. — Huius libelli brevem epitomen tradidit Petrus de Nat. II. 89; || *Act. SS.* Ian. II. 31; 3ª ed. 395.

Titus discipulus Pauli apostoli. — Ian. 4.

Petrus de Nat. VII. 108.

Tomassus = Thomasius.

Torellus erem. Puppiensis, † 1282. — Mart. 16.

1. Vita. *Inc.* Torellus, Pauli filius, de terra Puppii — *Des.* incolumis exivit de lecto, intercedente b. Torello. [8305

Act. SS. Mart. II. 500-504; 3ª ed. 495-99.

2. Epitome auct. Hieronymo Radiolano. *Inc.* B. Torellus Puppiensis, cui fuit pater nomine Paulus — *Des.* XVII kal. apr. [8306

Act. SS. t. c. 504-5; 3ª ed. 499.

Torlacus = Thorlacus.

Torpes m. Pisis, sub Nerone. — Mai 17.

1. Passio. *Inc.* In illo tempore sub Nerone imp., qui per omnem provinciam imperaverat — *Des.* Et quia ipse Arthemius magnis litteris eruditus erat... Celebratur natalis... Amen. [8307

Mombritius, II. 341-42^{v}; || *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 440^{c}-42^{b}; || *id.* (Lovan. 1485), f. 283^{v}-85^{v}; || Tamayo, *Mart. hisp.* III. 215-19; || *Act. SS.* Mai IV. 7-10.

2. Epitomae.

Ado, 17 mai. — Notkerus, 17 mai. — *Flodoardus, *De Christi triumphis apud Italiam*, I. 2 (*P. L.* CXXXV. 601-4). — Petrus de Nat. V. 8.

Torphimus = Thorphinus.

Torquatus, Ctesiphon, Secundus, Indaletius, Caecilius, Hesychius et Euphrasius episcopi in Hispania (saec. I). — Mai 15.

1. Vita. *Inc. prol.* Victoriosas (*al.* Victorias et) bb. martyrum turbas et innumeras ss. confessorum catervas — *Inc.* Igitur cum apud urbem Romam bb. confessores — *Des.* α) Nobis quoque suarum reliquiarum... Nam et daemones... et caecis lumen quod amiserant sua oratione restituunt, praestante... Amen. [8308

vel β) Nobis quoque... Nam... restituunt. Homines vero eorum suffragia excolentes... mox caelitus (*al. add.* impetrata) percipiunt. [8309

Appendix. *Inc.* Sed et illud pallio silentii... Est ibi ante fores eccle-

siae — *Des.* plurimum poterunt numerum complere cophinorum olivarum, praestante... Amen. [8310

Tamayo, *Mart. hisp.* III. 173-75 (des. β; adest appendix); || Florez, III, appendix, xx-xxiv; 2ª ed. 380-84 (des. β; adest appendix); || Villanueva, *Viage literario,* III. 308-12 (des. β; adest appendix); || Narbey, *Supplément aux Acta SS.* II. 12-13 (des. α; deest appendix).

Exc. (sola appendix) *Catal. Paris.* III. 488.

2. Passio. *Inc.* Post gloriosum dñicae ascensionis triumphum — *Des.* beneficia meritis eiusdem inveniuntur et praestantur per eum qui vivit... Amen. [8311

Act. SS. Mai III. 444; 3ª ed. 442-43.

3. Epitomae.

Ado, 15 mai. — Florez, t. c. xxxv-vi; 2ª ed. 395-96. — Petrus de Nat. v. 3.

Toscana = **Tuscana.**

Tranquillinus m. Romae, sub Diocletiano. — Iul. 6.

De eo in Passione S. Sebastiani (vid. supra **Sebastianus**, 1) et praeterea Petrus de Nat. vi. 61.

Tranquillus ab. Agaunensis, † 526. — Dec. 12. *Vid.* **Agaunenses.**

Tremorus seu **Trechmorus,** al. **Gildas,** m. in Britannia Armorica, saec. VI. — Nov. 8.

Vita. *Inc.* Erat in illis diebus quidam tyrannus nomine Cognomerus — *Des.* et ita felici martyrio vi id. nov. migravit ad Dñm I. C., cui est honor... Amen. [8312

Brev. Corisopitense, litt. gothicis, sign. RR.7-VV^{v}.

Tresanus presb. Avennaci, saec. VI. — Febr. 7.

Vita. *Inc.* B. igitur Tresanus ex Hibernia insula Scotorum genere ortus — *Des.* Ibi igitur sepelierunt corpus s. sacerdotis... in gloriam resurrecturi, praestante... Amen. [8313

Officium SS. Tresani, Gumberti et S. Berthae (Rhemis, 1557), 6-50; || Colganus, *Act. SS. Hiberniae,* 271-73; || *Act. SS.* Febr. II. 53-55; 3ª ed. 54-55.

Treticus = **Tetricus.**

Treverenses (Martyres). *Vid.* **Thyrsus, Bonifatius et soc.**

Treverius erem. in pago Dumbensi, saec. VI. — Ian. 16.

Vita. *Inc. prol.* Ven. viri cultuque religionis imitanti — *Inc.* Ortus igitur venerandi cultusque (*al.* colendique) Treverii monachi infra

regiones Neustrasiorum (*al.* Vestrasiorum seu N.) — *Des.* Omnes quoque populi... exsultabant in Christo, qui cum Patre... Amen.[8314

Act. SS. Ian. II. 33-35; 3ª ed. 397-99; || [Iac. Moyron] vel etiam P[etrus] B[ullodius], *S. Triverii confessoris, Dumbarum et Bressiae patroni, vita* ([Lugduni], 1647), 5-28.

Exc. Bouquet, III. 411-12.

Triduana v. in Scotia, saec. VII/VIII. — Oct. 8.

Lectiones. *Inc.* B. et gloriosa virgo T. de Colosia nata — *Des.* oculorum etiam recepit integritatem. [8315

Brev. Aberdonense, pars aest. Propr. SS. 122ᵛ-23; || *Act. SS.* Oct. IV. 280, n. 3-5.

Triverius = Treverius.

Troianus ep. Sanctonensis, † ante 533. — Nov. 30.

* Greg. Turon. *Glor. conf.* 58 (59).

Trophima seu **Trophimena** v. m. in Sicilia. — Iul. 5.

Inventio, translatio, miracula. I. Praeambulum. *Inc.* Notum est omnibus, ff. cc. — *Des.* et penitus seri numquam desistat. [8316

II. Inventio et translatio. *Inc.* Compellitis nos, cc. ff. — *Des.* hoc scripsi quod a viris fidelibus est relatum. [8317

III. Translatio altera et miracula. *Inc. prol.* Libet, ff. cc., de sacratissimae v. Trofimenis miraculis — *Inc.* Temporibus itaque eximii principis Beneventani Sichardi — *Des.* et statim sana facta est ab infirmitate. [8318

Ughelli, VII. 377-91; 2ª ed. 282-91; || *Act. SS.* Iul. II. 233-40; || Martene et Durand, *Vet. scr. ampl. coll.* VI. 971-78 (deest pars I et mutila est pars III); || Apicella (B.), *Relazione stor.-crit. degli atti antichi di S. Trophimena* (Napoli, 1789), 41-82. — (**Mut.**) Caietanus, *Vitae SS. Sicul.* I. 131-35 (deest pars I).

Trophimus ep. Arelatensis, saec. I. — Dec. 29.

Lectiones. *Inc.* Gloriosissimus ac unus de 72 Dñi N. I. C. discipulis — *Des.* baptizarentur sacro fonte. [8319

Narbey, *Supplément aux Acta SS.* I. 19.

Trophimus et Eucarpio mm. Nicomediae, sub Decio. — Mart. 18, Dec. 5.

Passio. *Inc.* Trophimus et Eucarpio, testes Dei fidelissimi, officiales erant — *Des.* socii efficerentur. Passi sunt autem... Amen. [8320

Mombritius, II. 312-12ᵛ.

Trudo ab. in Hasbania, saec. VII extr. — Nov. 23.

1. Vita auct. Donato diac. *Inc. prol.* Bb. patri Angelramno... Beatitudine vestra suggerente — *Inc.* Ven. igitur Trudo in Hasbaniae finibus — *Des.* divulgatum est verbum hoc in universam regionem (*al.* provinciam) illam. [8321

Mabillon, *Acta*, II. 1071-86; 2ª ed. 1023-29; || *Act. SS. Belgii*, V. 23-47. — **Additamenta** (loci in ipsa Vita interpolati) *Anal. Boll.* V. 338-339, 43°. — Libelli epitome legitur in *Hist. SS.* (Colon. 1483), f. 383ª-84ᵇ; || *id.* (Lovan. 1485), f. 210ᵛ-12.

Exc. Bouquet, III. 636-37.

Est ubi (cf. *Anal. Boll.* XIV. 44-45, 15°) legatur alter prologus, qui *inc.* " Cum constet propagatricem dñicae laudis... „ [8322

2. Vita auct. Theoderico ab., libris 2. **a.** *Inc. epist.* Dño dignitate, patri caritate fratri Gerardo... Exigitis a me — *Inc. prol.* Si victoria militis laus est imperatoris — *Inc. lib. I.* In exaltando igitur omnipotens Dñus ecclesiam fidelium — *Des. lib. II.* Quod rogatus caelorum ille arbiter nobis largiatur... Amen. [8323

Surius, VI (1575), 543-66; (1580), 588-610; XI (1618), 503-15. — Sequitur apud Surium, ut et saepe in codicibus manuscriptis, eiusdem Theodorici *Sermo de translatione SS. Trudonis et Eucherii* (ep. Aurelianensis), qui totus communibus locis constat. *Inc.* " Gloriosum est hodierna die tractare... „ [8324

b. (epitome). *Inc.* In exaltando *etc. ut in* 2 a. — *Des.* Igitur b. Trudonis apud omnipotentem Deum efficax potentia... Amen. [8325

Barbier (J.), in *Analectes hist. eccl. Belgique*, V (1868), 431-59.

3. Miracula, libris 2. **I.** Liber I. *Inc. prol.* Explicitis his quae de almi patris Trudonis probabili vita — *Inc.* Plurimorum relatione didici — *Des.* ad loca sancta se donantibus. [8326

II. Liber II auct. Stepelino mon. *Inc.* Igitur anno ml humanati Verbi, nobili principe Heinrico — *Des.* nobisque, ut fuerant secum gesta, revelavit. [8327

Mabillon, *Acta*, VI, 2. 86-102; 2ª ed. 83-104.

Exc. *Act. SS. Belgii*, V. 49-69. — Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XV. 822-30; cf. *ibid.* 1320.

Trudpertus erem. m. in Brisgovia, saec. VII. — April. 26.

1. Passio (perperam adscripta Erchanboldo ab. S. Trudperti). *Inc. prol.* Cum merita sanctorum recoluntur — *Inc.* Cum igitur innumerabiles martyres Romano orbe — *Des.* α) depositio piissimi martyris anno II Ludowico regnante VI kal. mai est peracta... Amen. [8328

vel β) floret usque in hodiernum diem. [8329

Bernardi Pezii ... *ad ... P. Marcum Hanzizium ... epistola, in qua vetustissima Acta S. Trutperti mart. ...* (Viennae Austriae, 1731), 14-23 (deest prol.; des. β); || Herrgott (M.), *Genealogia diplomatica augustae*

gentis Habsburgicae, I (Viennae Austriae, 1737), 285-98 (des. α et β); || LORENZ (I. M.), *Acta Trudperti martyris* (Argentorati, 1777), 12-38 in pagellis pari numero notatis (des. α et β); || MONE, *Quellensammlung*, I. 22-26, cf. 525 (des. α et β [26, not. 3]); || KRUSCH (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. IV. 357-63 (des. α et β [362, c. 10, not. *p*]).

In quibusdam apographis sequuntur versus (ed. MONE, t. c. 26, 27; || KRUSCH, t. c. 363), quorum alii *inc.* " Has Erchanbaldus Thrutberti martyris almi... „ [8330

alii vero *inc.* " Nostre letifice que mittis dona Marie... „ [8331

2. PASSIO. *Inc.* Cum innumerabiles *etc. ut* 1. — *Des.* Facta est autem haec translatio anno dñicae inc. DCCCXVI, Ludewico regnante, anno II regni eius... Amen. [8332

LORENZ, t. c. 13-39 in pagellis impari numero notatis; || MONE, t. c. 19-21.

3. PASSIO, libris 2. *Inc. prol.* Quemadmodum viatoribus positis in procinctu — *Inc. lib. I.* Igitur cum in omnem terram sonus apostolicae praedicationis — *Des.* oratio dirigatur. — *Inc. lib. II.* Habuit coenobium B. Trudperti... abbatem nomine Eberhardum — *Des.* Colite ergo, incolae vallis huius... Amen. [8333

Act. SS. April. III. 426-40; 3ª ed. 431-44 (rescissis octo primis capitulis libri I).

Exc. KRUSCH, t. c. 354-55.

4. CARMEN. *Inc.* Auspicio Christi — *Des.* edita cursum. [8334

Act. SS. t. c. 425 (3ª ed. 429), n. 4; || MONE, t. c. 26.

5. PASSIONIS EPITOME.

Act. SS. t. c. 426; 3ª ed. 430; || LORENZ, t. c. 15, 17, 23, 25 (mscr. Breviar.). — Cf. MONE, t. c. 19 (cod. *FG*) et 525.

6. TRANSLATIO AN. 962. *Inc.* Post haec igitur ven. Constantiensis ecclesiae ep. Cuonradus — *Des.* leprosi munditiam, cunctis videntibus, receperunt, praestante... [8335

MONE. t. c. 26; || KRUSCH, t. c. 363.

Tryphon et Respicius mm. Niceae, sub Decio. — Nov. 10, Febr. 3.

1. PASSIO. **I.** *Inc.* Cum ven. puer Respicius in divinis exerceretur laudibus — *Des.* ad patriam suam fecit illum reduci. [8336

Ex mss. Haec est pars prior integrae Passionis, cuius sola pars altera (**1** II) adhuc prodiit.

II. *Inc.* Mortuo (autem) Gordiano Caesare et successore eius Philippo, cum regnaret Decius — *Des.* commendantes animas suas bb. martyrum patrociniis. [8337

CAETANUS (Oct.), *De die natali S. Nymphae* (Panhormi, 1610), sign. G^{v}-G.4^{v}; || Io. [CAIETANUS], *Vitae SS. Sicul.* II, in fine voluminis : animadversiones, 122-24; || RUINART (1713), 162-64; (1731). 138-40; (1802), I. 371-75; (1859), 208-10.

Exc. Mazochius (A. S.), *Commentarii in vetus marmoreum s. Neapolitanae ecclesiae kalendarium*, III. 931.

2. Passio. *Inc.* S. Dei Tryphon natus erat in Sansadocume, ubi et corona eius custodita servatur — *Des.* Apostolicus enim vir fuit. Martyrizatus est autem III non. febr... Amen. [8338

Catal. Paris. I. 284-92.

3. Passio. *Inc. prol.* Ad laudem et gloriam Dñi pertinet — *Inc.* Igitur dum esset infantulus b. T. in Christi gratia renatus — *Des.* laudem Dño referentes. Passus est autem b. T. III non febr... Amen. [8339

Ex mss. Hanc vel certe simillimam legit Theodoricus mon. (vid. **4**).

4. Passio auct. Theodorico mon. *Inc. prol. Leonis presb.* Non enim insignes antiquorum patrum titulos — *Inc.* Saepe divina consuevit clementia in tenera adhuc parvaque aetate — *Des.* et laudem Dño referentes. Passus est autem b. T. IV id. nov... Amen. [8340

Exc. (prologus et prima verba Passionis) Mai, *Spicil. Rom.* IV. 291-93 (tamquam ex Passione SS. Rufi et Respicii); || *P.G.* V. 173-74. — Retractasse videtur Theodoricus libellos **1** et **3**.

5. Epitomae.

II. Translatio et miracula. *Inc. prol.* Decurso pro captu nostrae mediocritatis — *Inc.* Post innumeras igitur ab ipsius passione — *Des.* sequentibus turbis introivit. [8490

Chifflet, l. c. 46-51; || Juenin, l. c. 33-36; || *Act. SS.* t. c. 27-28.

5. Translationes SS. Valeriani et Philiberti. *Inc.* Ex tempore quo christiana religio — *Des.* (*mutil.*) tenebat tumulata s. Dei martyris Valeriani ossa. [8491

Catal. Paris. II. 229-37.

6. Epitomae.

Ado, 15 sept. — Vinc. Bellov. xi. 110. — Petrus de Nat. viii. 83.

Valericus ab. *Vid.* **Walaricus.**

Valericus erem. apud Lemovicos, (saec. VI?). — Ian. 10.

1. Laudatio. *Inc.* Cum perutile sit, cc. ff., admodumque honestum — *Des.* benedixerunt benefactores. [8492

Catal. Paris. I. 15-18.

2. Laudatio. *Inc.* Quotiescumque, dd., sanctorum memoriam — *Des.* (*mutila*) quia caritate plenus erat | [8493

Catal. Paris. I. 85-86.

Valerius et Valerianus ep. Autisiodorenses, saec. IV. — Mai 6.

Hist. ep. Autisiod. 3 et 4 (Labbe, *Bibl. mss.* I. 412, 413; || Duru, *Bibl. hist. de l'Yonne*, I. 312-13; || *P.L.* CXXXVIII. 222); || *Act. SS.* Mai II. 105 (3ª ed. 104-5), n. 2.

Valerius ep. Caesaraugustanus, saec. IV. — Ian. 28.

De eo vid. in Passione S. **Vincentii** m. Caesaraug., et supra **Laurentius** diac. m. Romae, 16.

Narratio. *Inc.* Cum Dacianus praeses praecepisset b. V-um deportari — *Des.* eius gleba ss. revelata est. Passus est... [8494

Act. SS. Ian. II. 835 (3ª ed. 450-51), n. 11, 12.

Valerius ep. Consorannensis, ante saec. VI. — Iul. 5.

Inventio. *Inc.* Valerius b. conf. Consorann. primus ep... [8495

* Grec. Turon. *Glor. conf.* 83 (84).

Valerius archidiac. Lingonensis m., saec. III med. (?), saec. V in. (?). — Oct. 22.

Passio. *Inc. prol.* Ss. martyrum sacrosancta certamina — *Inc.* B. itaque Valerius Lingonicae fuit urbis indigena — *Des.* His et aliis innumeris miraculorum signis... Amen. [8496

Act. SS. Oct. IX. 531-35.

Valerius ab. S. Petri de Montibus in Hispania, † 692/696. — Febr. 25.

Narrationes Valerii de se ipso. *Inc.* Dum ego olim indignissimus peccator — *Des.* sed secundum proprium opus singulis retribuet. [8497

Florez, XVI. 391-416; || *P.L.* LXXXVII. 439-57.

Valerius m. in agro Suessionensi. *Vid.* **Rufinus.**

Valerius ep. Treverensis, saec. III. — Ian. 29.

Vitae. *Vid.* **Eucharius** 1, 2.

Aliquando in Legendariis sub titulo *Vita S. Valerii* exscripta est pars media illius Vitae **1**; quae pars *inc.* " Post venerabilem obitum bb. Eucharii „ — et *des.* " nec sepulcrum ab invicem separaret. „ [8498

Valterius. *Vid.* **Walterius.**

Vamnes m. in Perside, † 423. — Aug. 16.

Passio. *Inc.* In illo tempore praecepit Varananes (*al.* Valerianus) rex — *Des.* et sepelierunt illud XVI kal. sept., regnante... Amen. [8499

Act. SS. Aug. III. 287-89.

Vasius m. Sanctonensis, † cca. 500. — April. 16.

Passio. *Inc.* In tempore illo dum Ariana haeresis Gothorum gentes pulsaret — *Des.* et semper usque hodie multa miracula Dñus ibi operatur... Amen. [8500

Act. SS. April. II. 424-25; 3ª ed. 420-21.

Vedastes (-tus) ep. Atrebatensis, saec. VI. — Febr. 6.

1. Vita auct., ut videtur, Iona Bobiensi. *Inc. prol.* Dum sanctorum praesulum gloria — *Inc.* Igitur cum inclitus Francorum rex Chlodoveus — *Des.* α) ut virtutis suae... monumentum relinqueret, praestante... Amen. [8501

vel β) ut... relinqueret. Nam, sicut superius memoravimus... ratum ducimus, Tullinse ortum genere... fuit fidelis confessor usque ad mortem in terris, praestante... Amen. [8502

vel γ) ut... relinqueret. Nunc, sicut superius memoravimus... ratum ducamus. Aquitania montem habet... in Tullo tunc oppido, nunc civitate, fuisse natum (praestante... Amen). [8503

Act. SS. Febr. I. 792-94; 3ª ed. 801-3 (des. γ; lacuna quae exstat n. 3 expleta est *Catal. Paris.* III. 124, 5°); || *Act. SS. Belgii*, II. 38-42 (des. γ); || Schubert (H. von), *Die Unterwerfung der Alamannen unter die Franken* (Strassburg, 1884), 210-22 (des. β); || Arbellot, *Dissertation sur le lieu de naissance de S. Vaast* (1886), 59-75 [= Mémoires de d Académie d'Arras, 2e sér. XVII. 209-16] (des. α); || Krusch (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. III. 406-14 (des. α, β, γ).

Exc. Duchesne, *Hist. Franc. scr.* I. 523-24; || Bouquet, III. 372-73.

Est ubi clausula γ velut alter prologus praefixa sit vel huic Vitae **1** : *Inc.* " Nunc, sicut superius... „ [8504

vel Vitae **2** : *Inc.* " Aquitania montem habet... „ [8505

2. Vita auct. Alcuino. *Inc. prol.* Dulcissimo dilectionis filio Radoni... Dilectionis vestrae venerabile secutus praeceptum — *Inc.* Postquam Deus et Dñus N. I. C. ovem quaerere — *Des.* α) Quibus ille respondit... locus debet esse vivorum non mortuorum, consilioque accepto foras civitatem *etc. etc.*... vel nova videntur. Felix equidem Atravata civitas... ad perfectam beatitudinis gloriam perveniet, praestante... Amen. [8506

vel β) Quibus ille... non mortuorum; necnon etiam affirmabat quod in oratorio *etc. etc.*... vel nova videntur. Felix equidem *etc. ut* α. [8507

vel γ) Quibus ille... non mortuorum. Volebant siquidem illum in ecclesia... (*Sequitur de translatione quae tempore S. Autberti facta dicitur*)... quam dictantis stilo scribantur. Felix siquidem *etc. ut* α. [8508

Bedae opera (Basil. 1563), III. 263-72 (deest prol.; des. α); || *id.* (Colon. 1612 et 1688), III. 191-97 (deest prol.; des. α); || Surius, I (1570), 870-77; (1576), 900-907; II (1618), 66-70; II (1875), 147-49 (des. γ); || *Alchvini opera*, ed. A. Quercetanus [Duchesne] (1617), 1403-20 (des. γ); || *Act. SS.* t. c. 794-99; 3ª ed. 803-8 (des. γ; clausula α legitur in nota *d* ad num. 20); || *Alcuini opera*, ed. Froben, II (1777), 163-72 (ut in *Act. SS.*); || *Act. SS Belgii*, II. 44-61 (des. γ; adsunt p. 59-60 clausulae α, β); || *P.L.* CI. 663-78 (ut apud Frobenium); || Krusch, t. c. 414-27 (des. α, β, γ).

Exc. Lambecius, *Comment. de bibl. Vindob.* II. 409-12 (adest clausula β); || Kollarius, *Anal. Vindob.* I. 634-39 (item). — Dümmler (E.), *Monumenta Alcuiniana* (Bibl. rer. Germ., ed. Ph. Jaffé, VI), 706-9 (epistula); || Id. in *MG.* Epist. IV. 116-17 (epistula).

3. Sermo auct. eodem. *Inc.* Gaudete, dd. ff., in Dño, qui ad ss. patris... sollemnia convenistis — *Des.* cum illo gloriam accipere mereamur, auxiliante... Amen. [8509

Bedae opera (Basil. 1563), III. 272-74; || *id.* (Colon. 1612 et 1688), III. 197-199; || *Act. SS.* t. c. 800; 3ª ed. 808-9; || *Alcuini opera*, ed. Froben, II. 172-174; || *P.L.* CI. 678-81.

4. Epitomae.

Vinc. Bellov. xxii. 9, 10. — *Leg. aurea*, c. 40. — Petrus de Nat. iii. 99.

5. Miracula facta ante med. saec. IX, auct. Haimino mon. S. Vedasti. *Inc.* Sane quae nuper et oculis probavimus — *Des.* per tot annos eius experta sum beneficia. [8510

Act. SS. t. c. 801-2; 3ª ed. 810-11; || *Act. SS. Belgii*, II. 65-67.
Exc. Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XV. 397-98.

6. Sermo in natali auct. eodem. *Inc.* Excitentur, obsecro, filii lucis, corda vestra — *Des.* semper cum illo gaudere. Amen. [8511

Act. SS. t. c. 802-3; 3ª ed. 811-12; || *P.L.* CV. 755-58.
Exc. *Act. SS. Belgii*, II. 67-68.

7. Apparitio S. Vedasti med. saec. IX, auct. Huberto presb. *Inc. prol.* Praeceptis tuis satisfacere — *Inc.* Quarta namque feria, iam III diei hora imminente — *Des.* magna haec dilectio mittit. [8512

Act. SS. t. c. 803-5; 3ª ed. 812-13.
Exc. *Act. SS. Belgii*, II. 69-70. — Holder-Egger, t. c. 404-5.

8. Miracula facta cca. an. 875-880, auct. Ulmaro (*al.* Utmaro) aliisque mon. S. Vedasti. **I.** *Inc. prol.* Luce clarius patet, dd. patres — *Inc.* SS. igitur Vedastus postquam commune mortis debitum — *Des.* suorum fore defensorem, adiuvante... Amen. [8513

II. *Inc.* Temporibus Pippini et Karlomanni — *Des.* quam ad infirmorum unctionem, adiuvante gratia Christi. Amen. [8514

III. *Inc.* Quaedam mulier inibi degens voverat — *Des.* fide poscentium. Cuius et nos precibus adiuvari... Amen. [8515

Act. SS. t. c. 805-8; 3ª ed. 813-16; || Mabillon, *Acta*, IV, 1. 599-604; 2ª ed. 566-70.
Exc. Bouquet, VII. 367-68. — *Act. SS. Belgii*, II. 71-77. — Holder-Egger, t. c. 399-402.

9. Sermo de relatione a Bellovaco ad Atrebates an. 893. **I.** *Inc. prol.* Valde dignum est, ff. cc., in hac praesenti sollemnitate — *Inc.* Igitur postquam divae memoriae Karolus rex — *Des.* sine fine gaudere mereamur, cui soli est honor... Amen. [8516

Act. SS. t. c. 809-10; 3ª ed. 817-18; || *Act. SS. Belgii*, II. 79-82; || Holder-Egger, t. c. 402-4.
Exc. Mabillon, t. c. 604-6; 2ª ed. 570-72. — Bouquet, IX. 112.

II. Miracula Bellovaci facta. *Inc.* Igitur miraculum quoddam... inserere decrevimus, quoniam eadem die — *Des.* et meritum s. viri ab omnibus honorifice celebratur. [8517

Act. SS. t. c. 810-12; 3ª ed. 818-20.

10. Miracula facta post an. 893. *Inc. prol.* Mirabilis Deus in sanctis suis, et respectus — *Inc.* Igitur in comitatu Baduano — *Des.* de nobis etiam dicatur : Mirabilis Deus in sanctis suis. [8518

Act. SS. t. c. 812-13; 3ª ed. 820-21; || *Act. SS. Belgii*, II. 84-85 (omisso prologo longissimo).

11. Miracula facta saec. XIV. *Inc.* Anno Dñi MCCCXVII Iohannes Bursarii — *Des.* mihi benigne remittat. [8519

Act. SS. t. c. 814-15; 3ª ed. 822-23; || *Act. SS. Belgii,* II. 87-90.

Venantius frater S. Honorati ep. Arelatensis, † cca. 375. — Mai 30.

Vita. *Inc. prol.* Cum mira sanctorum opera recitantur — *Inc.* Gloriosus itaque Christi confessor V. illustri prosapia ortus — *Des.* cum illo vivere valeamus, praestante... Amen. [8520

Barralis, *Chronologia Lerinensis,* I. 187-89; || *Act. SS.* Mai VII. 241-42; 3ª ed. 237-38.

Venantius erem. in Artesia, saec. VIII. — Oct. 10.

1. Vita (antiqua?). *Inc.* Fuit in diebus gloriosi Francorum regis Pippini, sicut a maioribus... [8521

De qua *Act. SS.* Oct. V. 128, n. 5, 6.

2. Vita (antiqua?). *Inc.* S. Venantius ex illustri prosapia comitum Hannoniae — *Des.* Binchiam translatum fuit anno Dñi MCCXXI... [8522

Gononus, *Vitae Patrum Occid.* 271.

Venantius m. Camerini. — Mai 18.

1. Passio. *Inc.* Temporibus Antiochi regis magni erat vir — *Des.* propterea plures sancti ibi pro nomine Christi interfecti fuerunt. Per intercessionem eorum... Amen. [8523

Act. SS. Mai IV. 139-42; 3ª ed. 138-42; || Dinus (F.), *Vindiciae martyrologii ac breviarii romani* (Venetiis, 1700), 4 et 17-39: || *Atti di S. Venanzio* (Roma, 1795), 1-22.

2. Passio. *Inc. prol.* Vena nomine de copiosissimo fonte misericordiae — *Inc.* Fuit ergo in Camerinensium civitate civis Supprinus nomine — *Des.* praemisit in caelestibus ad commorandum. [8524

Pascucci (M.), *Vita di S. Venanzio mart.* (Pesaro, 1693), 270-86; || Dinus, t. c. 50-60 (om. prologo); || *Dissertazione apologetica degli Atti di S. Venanzio,* 2ª ediz. (Camerino, 1807), 116-133 (om. tum prologo, tum paucis in fine).

3. Epitome.

Petrus de Nat. v. 12.

4. Carmen de ablato an. 1259 et relato an. 1269 corpore. *Inc.* Gentibus ut pateat, Venanti sancte, futuris — *Des.* In summis caelis, regnas quibus ipse fidelis. [8525

Ughelli, I. 601-3; 2ª ed. 558-59; || Lilii (C.), *Dell' historia di Camerino,* II [Macerata, 1652], 30-34; || *Act. SS.* t. c. 137-38; 3ª ed. 137.

Exc. Dinus, t. c. 68-70.

Venantius ab. Turonensis, saec. V. — Oct. 13.

1. Vita auct. Gregorio Turon. (*Vit. Patrum,* XVI). *Inc. prol.* Soli-

tarium atque multiplex donum — *Inc.* Igitur s. Venantius Biturigi territorii incola fuit — *Des.* sed sufficere haec... quae scripta sunt, arbitramur. [8526

**Greg. Turon. opera* (ed. Ruinart, 1227-31; || *P.L.* LXXI. 1074-77; || ed. Krusch, 724-27); || Surius, V (1574), 734-35; (1580), 817-19; X (1618), 187-88; || *Act. SS.* Oct. VI. 219-21.

2. Miraculum. *Inc.* Haud procul vero a basilica... [8527

*Greg. Turon. *Glor. conf.* 15.

Venantius ep. Vivariensis, † post 535. — Aug. 5.

Vita. *Inc. prol.* Satis perspicuum est — *Inc.* B. itaque Venantius, Sigismundi regis Viennensis filius — *Des.* et multa alia, quae enarrare non possumus. Unde illum... Amen. [8528

Act. SS. Aug. II. 107-10.

Venera (al. **Veneranda,** al. **Parasceve**) v. m. — Iun. 26, Iul. 26, Nov. 14.

1. Passio. *Inc.* In diebus illis fuit quidam vir in civitate Niveria, nomine Agathon — *Des.* et baptizati sunt illa die omnes pariter. Martyrizata fuit... Amen. [8529

Julliot (G.) et Prou (M.), *Geoffroy de Courlon. Le livre des reliques de l'abbaye de Saint-Pierre-le-Vif de Sens* (Sens, 1887), 105-18.

2. Passio. *Inc.* Cum gentilitas errore idolorum foret detenta, erat quidam Dei cultor, nomine Agathon, in castello quodam — *Des.* et sepultum est. Passa est... Amen. [8530

Gravina de Cruyllas (Fr.), *Vita di S. Venera* (Palermo, [1645]), 221-42; || Grasso (A.), *Le ammirande notitie della patria, vita, e trionfi della gloriosa S. Venera* (Messina, 1665), 227-37; || Raciti Romeo (V.), *Dissertazioni e ricerche archeologiche sulla vita di S. Venera* (Acireale, 1889), 160-66.

3. Passio. *Inc.* Igitur gentilitate nimium dominante, habitabat in quadam civitate vir Dei, nomine Agathon — *Des.* quod exciderat in solida petra. Passa est... Amen. [8531

Raciti Romeo, l. c. 168-73.

4. Epitome.

Petrus de Nat. x. 61.

Venerandus m. in dioec. Ebroicensi. *Vid.* **Maximus et V.**

Venerandus m. Trecis sub Aureliano. — Nov. 14.

Petrus de Nat. x. 60.

Venerius ab. Tiburtinus, saec. XI in.

Petrus de Nat. viii. 66.

Venerius erem. in Tyro maiore insula, saec. VII. — Sept. 13.

1. VITA ET MIRACULA. a. *Inc. prol.* Cum enim sanctorum dicta vel facta hominibus dilucidanda proponimus — *Inc.* Fuit ergo hic vir ex insula quae nuncupatur (*al.* appellatur) Palmaria, quae vicina maris habetur, provincia Lunensi — *Des.* α) quia ipse est custos et salvator noster, qui cum Patre... Amen. [8532

vel β) qui... sibi subditum protexisset. Amen. [8533

AFFAROSI (C.), *Ad monasterii Divi Prosperi Regiensis commentaria historica appendix seu pars III* (Patavii, 1746), 153-74 (desunt non pauca capitula inter p. 162 et 163; des. α). — Simillima est Vita ad maiores nostros olim missa Ianua, de qua *Act. SS.* Sept. IV. 109, n. 6, et *ibid.* in annotatis ad Vitam 1c (" ms. Genuense „); in qua, perturbato ultimorum capitulorum ordine, comparet clausula β.

b. (ACCEDIT TRANSLATIO REGIUM LEPIDI SAEC. IX). *Inc. prol.* Cum enim *etc. ut in* 1a... dilucidanda comperimus — *Inc.* Fuit igitur b. Venerius ex insula quae vocatur Palmaria, quae vicina mari habetur, non longe ab episcopatu Lunensi — *Des.* in cuius nomine ipse tres mortuos suscitavit, qui cum eodem Patre... Amen. [8534

De qua *Act. SS.* t. c. 109, n. 6, et inter annotata ad Vitam 1c (" ms. Camaldulense „).

c. (ACCEDIT EADEM TRANSLATIO). *Inc.* (*sine prol.*). Venerius mon. et sacerdos oriundus fuit ex insula Palmaria, Lunensis provinciae, vicina mari — *Des.* ut nullam amplius sustineret accessionem. [8535

Act. SS. t. c. 115-19.

Exc. CORNELIUS (Flam.), apud CALOGERA, *Nuova raccoltà d'opuscoli*, VIII (1761), XX-XXIII.

2. EPITOME.

PETRUS DE NAT. VIII. 65.

Ventila. *Vid.* **Vintila.**

Veranus ep. Cavallicensis, † post 589. — Oct. 19.

1. VITA. *Inc. prol.* Bb. Verani gloriosa sollemnitas — *Inc.* Post vindictam scelerum quae facta est a Dño — *Des.* Mitiget furorem Dñi Veranus almus... Amen. [8536

LABBE, *Bibl. mss.* II.690-95; || *Act. SS.* Oct. VIII. 467-70; || POURCHER (P.), *Manuscrit ou livre de S. Privat par Aldebert le Vénérable* (Saint-Martin-de-Boubaux, 1898), 431-60.

2. EPITOME.

PETRUS DE NAT. X. 50.

Veranus m. Turonensis, sub Nerone. — Oct. 26.

PASSIO. *Inc.* In diebus Neronis imp. seditio inter Simonem magum

— *Des.* Passus est autem b. V. in civitate Turonum sub Nerone imp. VII kal. nov., regnante Dño... Amen. [8537

De qua *Act. SS.* Oct. XI. 787-89.

Veranus ep. Venciensis, † post 465. — Sept. 10, Nov. 11.

LAUDATIO. *Inc.* Adcrescit etiam hodiernae diei duplicata sollemnitas — *Des.* Proinde oremus ut... nostri meminisse dignentur, patrocinante Dño... Amen. [8538

Exc. *Catal. Paris.* III. 7, 36e.

Verdiana v. Castelli Florentini, † cca. 1242. — Febr. 1.

1. VITA. *Inc.* Verdiana dicitur a veriditate et diana — *Des.* ut habui, sic scripsi ad honorem Dei et B. V-ae. [8539

De qua BANDINIUS, *Catal. cod. lat. bibl. Mediceae Laurentianae*, III. 385, v.

2. VITA. *Inc.* Viridiana v. Deo devota in Castro Florentino... traxit originem — *Des.* domum redire curavit. [8540

De qua [Lorenzo POLTRI, immo Raffaello BADII], *Vita della gloriosa S. Verdiana da Castelfiorentino* (Firenze, 1692), 163-64; BANDINIUS, op. c. I. 618, XXII.

Veremundus ab. Hirachensis, † 1092. — Mart. 8.

LECTIONES.

Exc. YEPES (A. de), *Coronica general de la Orden de San Benito*, III (1610), f. 369v; || *Act. SS.* Mart. I. 795 (3a ed. 794), n. 4.

Verena v. m. Zurziaci, sub Diocletiano. — Sept. 1.

1. NOTKERUS, 1 sept.

2. VITA ET MIRACULA. I. VITA. *Inc. prol.* Vitam gloriosae virginis V-ae secundum quod relatu quorundam — *Inc.* Virgo bb. Verena Thebaea exstitit genere — *Des.* beneficia multa praestantur attingentibus eius sepulcrum, praestante Dño... Amen. [8541

Act. SS. Sept. I. 164-67.
Exc. (prologus) WAITZ (G.), in *MG.* Scr. IV. 446*.

II. MIRACULA. *Inc.* Tempore quo Burchardus vir illustrissimus — *Des.* si Deus permittit, qui omnia ex nihilo creavit, cui... Amen. [8542

Act. SS. t. c. 168-73. — Var. lect. BAUMANN (L. F.), in *Anzeiger für schweizerische Geschichte*, Neue Folge, II (1874-1877), 288-89.
Exc. WAITZ, t. c. 457-60.

3. VITA METRICA. *Inc.* Virgo Verena fuit, quam multum Christus amavit — *Des.* Quem nos Zurziacam vocitamus nomine villam. [8543

HARSTER (G.), *Novem Vitae SS. metricae* (1887), 15-19.

Verissimus, Maxima et Iulia mm. Ulysippone, sub Diocletiano (?). — Oct. 1.

1. Passio. *Inc.* In temporibus illis cum per universas provincias ad Romanum imperium pertinentes — *Des.* quos throno caelesti novimus esse applicatos, per Dñm... Amen. [8544

Tamayo, *Mart. hisp.* V. 375-76; || *Act. SS.* Oct. I. 28-29; || *Catal. Paris.* I. 352-53.

Apud Tamayo et in *Act. SS.* post ultima verba " ... esse applicatos „, sequitur capitulum, quod haud scio an ab ipso Tamayo additum sit; quae appendix *inc.* " Corpora vero ss. martyrum iacuerunt... „ et *des.* " quae Deus sanctorum intercessione patravit, praestante Dño... Amen. „ [8545

2. Passio. *Inc.* Temporibus illis, cum romani imperatores a Deo datam — *Des.* usque ad tempora lohannis... Lusitanorum regis, qui eorum corpora... transferenda curavit. [8546

Florez, XIV. 384-86; 2ª ed. 397-98.

Verolus presb. Marcennacensis, saec. VI extr. — Iun. 17.

Vita, translatio, miracula. *Inc.* Ad sollemnitatem ven. patris nostri V-i celebrem undique facientes concursum — *Des.* absque dubio impetrare valebimus, auxiliante Dño... Amen. [8547

Act. SS. Iun. III. 382-87; 3ª ed. IV. 310-14; || Joly (J.-M.-V.), *Vie de S. Vorles, curé de Marcenay* (Châtillon-sur-Seine, 1867), appendice, II-XIII.
Exc. Bouquet, III. 468; X. 375-76.

Verona v. culta Berthemii prope Lovanium, saec. IX. — Aug. 29.

Vita. *Inc. prol.* Cum ven. patrum sanctarumque matrum — *Inc.* Post decessum dñi Caroli Magni successit filius eius — *Des.* ubi in bonis operibus vitam finivit. [8548

Act. SS. Aug. VI. 526-29.

Veronica matrona Hierosolymitana, saec. I. — Febr. 4.

1. Miracula in imagine Christi Domini. *Vid.* **Iesus Christus**, 6, II (*supra n. 4218 sqq.*).

2. Vita. *Inc.* Dñus N. I. C. praedicans et baptizans in Iudaea — *Des.* diversaque hominum desideria, Dño I. C. tribuente, completa sunt, cui est... Amen. [8549

Cf. *Catal. Paris.* II. 552, 2°.
Vid. etiam in Vita S. **Amatoris** erem. in pago Cadurcensi.

Veronus conf. cultus Lembecae et Montibus Hannoniae. — Mart. 30.

De quodam Verono seu Verone, quem finxerunt filium Ludovici Germanici regis et S. Veronae fratrem, quaedam narrata sunt in Vita

S. **Veronae**. Hunc esse Veronum confessorem Lembecensem quidam commenti sunt.

Inventio Lembecae an. 1004, miracula, translatio Montes cca. an. 1015, auct. Olberto ab. Gemblacensi. *Inc. prol.* Comiti Raginero... Gaudeo, comitum nobilissime — *Inc.* Creator et redemptor generis humani — *Des.* Sic sanctus Dñi Veronus in monasterio locatur honorifice, quo ad laudem... Amen. [8550

Galopinus (G.), *Miracula S. Veroni* (Montibus, 1636), 1-31; || *Act. SS.* Mart. III. 845-50; 3ª ed. 842-47.

Exc. Iacobi de Guisia *Annales Hannoniae*, xiv. 44-48 (ed. Fortia, IX. 420-36). — Holder-Egger (O.), in *MG.* Scr. XV. 750-53.

Viator lector ecclesiae Lugdunensis, saec. IV extr. — Oct. 21.

Petrus de Nat. ix. 90.

Viator mon. Miciacensis, dein erem., saec. VI. — Aug. 5.

Vita. *Inc.* S. Viator ex pago Bituricensi oriundus exstitit — *Des.* qui coronis aureis sanctos suos illustrat, cui est honor... Amen. [8551

De qua Mabillon, *Acta*, I. 614 (2ª ed. 594-95), n. 5; et inde *Act. SS.* Aug. II. 82, n. 2.

Vicedominus quidam = Theophilus.

Vicelinus ep. Aldenburgensis, † 1154. — Dec. 12.

1. Vita metrica adscripta Sidoni praeposito Novi Monasterii. *Inc. prol.* Gesta patris primi bona pontificis Vicelini — *Inc.* Anno milleno centeno bis duodeno — *Des.* Non sunt Milenses cum Slesvic ista negantes. [8552

Lindenbruch (E.), *Historia archiepiscoporum Bremensium* (Lugduni Batav., 1595), 122-31; || Id. [Lindenbrogius], *Scr. rer. Germ. septentrionalium* (Francofurti, 1609), 134-41; 2ª ed. (Francofurti, 1630), 134-41; 3ª ed. cur. I. A. Fabricii (Hamburgi, 1706), 118-24; || Leibnitius, *Scr. rer. Brunsvic.* I. 774-80; || Staphorst (N.), *Hamburgische Kirchengeschichte*, I, 1 (1723), 626-35; || Westphalen (E. I. de), *Monumenta inedita rerum Germanicarum*, II (1740), 1-8; || Langebek, *Scr. rer. Dan.* IV. 446-55; || Beeck (N.), in *Quellensammlung der Gesellschaft für Schleswig-Holst.-Lauenb. Geschichte*, IV (1875), 157-71.

2. Epistula eiusdem Sidonis. *Inc.* Dño Gozwino... Ecclesiam Bishorst... Ante tempora recolendae memoriae Lyemari — *Des.* matricularis (*al.* immaculatae) suae Bremensis ecclesiae. Amen. [8553

Lappenberg (J. M.), apud N. Falck, *Staatsbürgerliches Magazin*, IX (Schleswig, 1829), 4-12; || Beeck, t. c. 172-84. — **Var. lect.** Schirren (C.), in *Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holst.-Lauenb. Geschichte*, VIII (1878), 312-13.

Exc. *Act. SS.* Mart. I. 654 (3ª ed. 652-53), n. 8-10.

3. Translatio an. 1332. *Inc.* Et factum est post obitum viri Dei — *Des.* qui subtracti sunt in borea. Adaugeat Dñus... Amen. [8554

Westphalen, t. c., praefatio, 33-34; || Langebek, t. c. 456-57; || Leverkus (W.), in *Jahrbücher für die Landeskunde der Herzogthümer Schleswig-Holstein und Lauenburg*, V (1862), 81-83; || Beeck, t. c. 190-92.

4. Carmen. *Inc.* Faldera pontificis sancti laetetur honore — *Des.* Ut locum hunc sanctum Deus ipse dirigat semper. Amen. [8555

(Partim) Beeck, t. c. 194-95; — (partim vero) Schirren, t. c. 311-12.

5. Carmen. *Inc.* Gesta patris nostri V-i discito metris — *Des.* Ut tecum valeat gaudendo vivere semper. [8556

Beeck, t. c. 197-98.

Vicinius ep. Saxenatensis, saec. IV in. (?). — Aug. 28.

Vita. *Inc. prol.* <Ad> ecclesiasticae religionis cultum — *Inc.* B. vero Vicinius, ut fertur, ex Liguriae partibus — *Des.* fastidiosi in scribendo fuisse viderentur. Sit igitur... Amen. [8557

Act. SS. Aug. VI. 190-95.

Exc. Ughelli, II. 704-5; 2ª ed. 653; || Cappelletti, *Chiese*, II. 484-86.

Victor I papa, † cca. 197. — Iul. 28.

* *Lib. pont.* (ed. Duchesne, I. 137; || ed. Mommsen, 18-19). — Petrus de Nat. vi. 148.

Victor III papa, † 1087. — Sept. 16.

Vita auct. Leone Marsicano et Petro diac. monachis Casinensibus. *Inc. prol.* Desiderius abbas huius monasterii xxxvii — *Inc.* Is (*al.* Desiderius igitur) ex nobilissima Beneventanorum principum origine — *Des.* Haec de rev. Victoris III papae vita... Amen. [8558

* *Chronica monasterii Casinensis*, liber III (ed. W. Wattenbach, in *MG.* Scr. VII. 698-754; || *P.L.* CLXXIII. 711-812); || Mabillon, *Acta*, VI, 2. 585-617; 2ª ed. 585-615 (rescissis nonnullis quae ad Victoris historiam non pertinent); || *Act. SS.* Sept. V. 400-434 (item).

Victor et Corona mm. in Aegypto (al. in Syria), sub Antonino. — Mai 14.

Vid. etiam infra **Victor et Corona** (al. **Stephana**) mm. in Sicilia.

1. Passio. *Inc.* In diebus illis facta in christianos persecutione ab imp. Antonino, temporibus Sebastiani ducis Aegypti — *Des.* contra civitatem quae dicitur Lycos, benedicentes Deum... Amen. [8559

Mombritius, II. 352ᵛ-54ᵛ; || *Act. SS.* Mai III. 266-68.

2. Passio. *Inc.* Cum (*al.* In illo tempore cum) persecutio christianorum ab Antonino imp. mota fuisset, et Sebastianus dux iussa sui

imp. impleret — *Des.* Omnia enim, sicut dixerat, evenerunt, atque ex hoc plurimi crediderunt Dño N. I. C... Amen. [8560

Vicelius, *Hagiologium*, f. 110-111. — Cf. *Anal. Boll.* XVII. 61.

3. Passio. *Inc.* In diebus Antonini pagani regis facta est persecutio christianorum sub Sebastiano comite Aegypti — *Des.* Et multi mirati sunt in illa die super omnia quae facta sunt ei. Multi autem crediderunt in Dñm I. C... Amen. [8561

De qua *Anal. Boll.* XVII. 108, 120°.

4. Passio. *Inc.* Temporibus Antonini imp. fuit persecutio christianorum, et in diebus Sebastiani iudicis Aegypti — *Des.* Et multi mirati sunt de miraculis Dei quae viderunt. Et multi ex ipsis populis crediderunt in Dño I. C... Amen. [8562

De qua *Catal. Paris.* III. 71, 26°; 262, 83°.

5. Passio. *Inc.* In Aegypto locus est — *Des.* fuit etiam maximae saluti. Nam haec videntes crediderunt in Dñm I. C... Amen. [8563

Anal. Boll. II. 291-99.

6. Epitomae.

Ado, 14 mai. — Vinc. Bellov. xi. 107. — Petrus de Nat. vi. 168.

Victor presb. Archiaci in Campania gallica, saec. VI/VII. — Febr. 26.

Vita. *Inc. prol.* Claruit splendor Dñi — *Inc.* Fuit igitur quidam Victor dulci de nomine gaudens — *Des.* apud eius dignatur tumulum usque in praesentem diem, regnante... Amen. [8564

Camuzat, *Promptuarium Tricass.* f. 358ᵛ-62; || *Act. SS.* Febr. III. 665-667; 3ª ed. 671-72; || Le Cointe, *Ann. eccl. Franc.* III. 291-95.

Victor m. Bracarensis, sub Diocletiano (?). — April. 12.

Epitomae.

Catal. Paris. III. 480, 32°. — *Act. SS.* April. II. 79; 3ª ed. 78-79.

Victor ep. Cenomannensis. *Vid.* **Victorius, Victurius.**

Victor m. Cerasii in Castella Veteri, saec. IX med. (al. X med.). — Aug. 26.

1. Passio. *Inc. prol.* Grata sunt semper ac Deo placabilia credentium vota (*cod.* vita) — *Des.* ad posteros propagare. — *Inc. Passio.* Erat namque in Cerasiensi (*ed.* Caesariensi) civitate idem bb. Victor certaminis — *Des.* qui suos martyres fecit in pace semper esse victores, cui est gloria... Amen. [8565

Catal. Paris. III. 504-6.

2. Passio (antiqua tota?). *Inc. et des. prol. ut in* 1. — *Inc.* Erat igi-

tur Victor ex parentibus nobilibus in oppido Zerezo — *Des.* iubente dño Ludovico de Acuña ep. Burgensi, praestante Dño... Amen. [8566

Tamayo, *Mart. hisp.* IV. 589-91.

3. Passio auct. Andrea Cerasiano. *Inc.* In teneris annis gloriosus m. divus V. in oppido Cerasio — *Des.* eosdemque in vita vermibus manasse. [8567

Florez, XXVII. 823-31; 2ª ed. 416-24.

Victor et soc. mm. Emeritenses, sub Diocletiano. — Iul. 28.

Passio (antiqua?). *Inc.* Igitur isti tres ss. mm. et cives Emeritenses — *Des.* discerpendos exposuit IX kal. aúg., praestante ... Amen.[8568

Tamayo, *Mart. hisp.* IV. 207.

Victor et soc. mm. Massilienses, sub Maximiano. — Iul. 21.

1. Passio. *Inc.* Massilia, civitas ampla, quondam mirabili structura sua — *Des.* multaque beneficia... ipsorum meritis conferuntur per Deum... Amen. [8569

Bosquet, *Eccl. gall. hist.* II. 127-37; || Ruinart (1689), 300-308; (1713), 292-99; (1731), 255-62; (1802), II. 192-206; (1859), 333-39; || *Act. SS.* Iul. V. 143-47.

2. Passio. **a.** *Inc.* Cum sub Diocletiano et Maximiano imp. crudelis ac turbulenta quassatio (*al.* crudeli ac t. persecutionis quassatione) paene totum orbem ruinosa vastaret intentione, ac a se (*al.* intentio, ac de se passione) propagata in sanctis — *Des.* bonis patrocinari (*al. add.* mihi) dignentur. Triumphavit autem s. Victor... [8570

Anal. Boll. II. 317-21. — Alios codices inspeximus.

b. *Inc.* Cum sub Diocl. et Max., XX imperii eorum anno, VIII die mensis iulii, crudelis ac turbulenta ruinosaque paene totum orbem vastaret persecutio, ac post Dñi passionem — *Des.* fideles agnoscant. Triumphavit autem s. ac bb. Victor... [8571

Exc. *Act. SS.* t. c. 136, n. 5; 141-42, n. 22, 23 (" ms. Isaaci Vossii „).

c. *Inc.* Cum post Christi passionem, sub Diocl. et Max., imperii eorum XX anno, die VIII mensis iulii, paene totum orbem crudelis vastaret persecutio, ad Massiliensem urbem — *Des.* a persequentibus te et de profundo aquarum. [8572

Guesnay (I. B.), *Provinciae Massiliensis ... annales* (Lugduni, 1657), 131-132; || *Act. SS.* t. c. 141, n. 20, 21.

3. Passio metrica adscripta Marbodo ep. Redonensi, al. Hugoni ep. Lingonensi. *Inc. prol.* Cum studeat daemon sanctis inferre polemon — *Inc.* Cum furor insani regnasset Maximiani — *Des.* (*mutila? imperfecta?*). Nec volo iam crescas si quaslibet ederit escas. [8573

Bosquet, t. c. 138-146 (desinit cum versiculo 298ª); || Beaugendre (A.),

Hildeberti Cenoman. opera. Accesserunt Marbodi Redonensis ep. opuscula (Paris. 1708), 1527-36; || *P.L.* CLXXI. 1615-26.

4. Epitomae.

a. Ado, 21 iul. — **b.** Vinc. Bellov. XIII. 7. — **c.** Petrus de Nat. VI. 122.

d. *Inc.* Sub Maximiano passus est in urbe Massilia s. Victor — *Des.* beneficia largiuntur. Passus est... Amen. [8574

Act. SS. t. c. 142-43.

5. Miracula. *Inc.* Est et ad sepulchrum s. Victoris... [8575

* Greg. Turon. *Glor. mart.* 76 (77).

6. Miracula. *Inc. prol.* Miracula quae Dñus I. C. ad declarandum — *Inc. lib. I.* Die dñica, illa scilicet quae dicitur Ramis palmarum — *Des. lib. III.* tantarum virtutum testis fidelis existit. [8576

Act. SS. t. c. 148-62.

7. Pars capitis translata Cpolim et inde Parisios. *Inc. epistula Iohannis Pictavensis, canonici S. Victoris Paris.* Ven. fratri dño Petro... Intimo cordis affectu — *Des.* insinuare dignemini. [8577

Inc. epist. Petri canonici S. Martini Trecensis. Frater Petrus fratri Iohanni. Hoc vobis de certitudine capitis b. V-is insinuo — *Des.* Suscepimus autem... pridie id. apr. [8578

Du Cange (C.), *Constantinopolis christiana* (Paris. 1687), 140-41; *id.* (Venetiis, 1729), 97; || *Act. SS.* t. c. 137-38, n. 9; || Martene et Durand, *Vet. scr. ampl. coll.* VI. 271.

8. Miraculum factum Parisiis an. 1302. *Inc.* Tam praesentes quam posteri scitote — *Des.* ut prius habuerat. [8579

Martene et Durand, t. c. 272-73.

Victor Maurus m. Mediolani, sub Maximiano. — Mai 8.

1. Passio auct. Pseudo-Maximiano notario. **a.** *Inc.* Regnante impio Maximiano imp., in civitate Mediolanensi erat persecutio ingens christianorum. Erat autem ibi quidam miles — *Des.* Tunc et ego Maximianus notarius Maximiani imp., christianus ab infantia mea, iuravi per paganismum eorum... Deo teste et s. Trinitate. Decollatus est autem... Amen. [8580

Mombritius, II. 346v-48; || Puricellus (I. P.), *S. Satyri confessoris ... tumulus ... luci restitutus* (Mediolani, [1664]), 37-43; || *Act. SS.* Mai II. 288-90; 3a ed. 285-87; || [Onofri (I.)], *De martyrologio Brixiano tractatus alter Danielis Papebrochii* (Brixiae, 1855), 45, 47, 49, 51, 53, 54. — (**Mut.**) Surius, III (1572), 111-13; (1579), 138-40; V (1618), 96-97; V (1876), 207-211. — **Var. lect.** Zacharias (F.-A.), *Excursus litterarii per Italiam*, I (Venetiis, 1754), 145-47.

b. *Inc. ut* 1 a. — *Des.* requie perenni confovendus in saecula saeculorum. Amen. [8581

Exc. *Anal. Boll.* XVII. 172-73.

c. *Inc.* Regnante impiissimo Maximiano, in Mediolanensium civitate erat quidam miles — *Des.* Tunc ego servus Christi Maximus, not. Max. imp., quod vidi oculis meis... promisi. Martyrizatus est autem... Amen. [8582

Onofri, t. c. 44, 46, 48, 50, 52.

2. Miraculum. *Inc.* Magnificatur etiam apud Mediol... [8583

*Greg. Turon. *Glor. mart.* 44 (45).

3. Epitomae.

Petrus de Nat. iv. 142. — Hilarion Mediolanensis, f. 30v-31.

Victor et Corona (*al.* Stephana) mm. in Sicilia. — Mai 14.

1. Passio (simillima Passioni SS. **Victoris et Coronae** mm. in Aegypto).

(**Mut.**) Caietanus, *Vitae SS. Sicul.* I. 40-42.

2. Epitome.

Petrus de Nat. viii. 89.

Victor m. Thebaeus.

Translatio in monasterium Walciodorense. *Vid.* **Candidus**, 1.

Victor et Ursus mm. Thebaei Salodori in Helvetia, sub Maximiano. — Sept. 30.

1. Passio (Victoris et Ursi). I. Passio, translatio saec. V extr., inventio saec. VII in. *Inc.* Tempore illo cum Maximianus imp. s. Mauritium cum 6666 — *Des.* et tanti martyris patrocinia fideliter requirentium, praestante... Amen. [8584

II. Miracula. *Inc.* Contigit vero tunc quandam feminam — *Des.* nulli fiat dubium. Passi sunt... Amen. [8585

Act. SS. Sept. VIII. 292-93; cf. *ibid.* 262-63, n. 5, 6; 273, n. 44, 45.

2. Epitome.

Ado, 30 sept.

3. Passio (Victoris et Ursi). *Inc.* Cum sparsis ubique militibus rabies Maximiani imp. — *Des. ut* 1, II. [8586

Lütolf (A.), *Die Glaubensboten der Schweiz vor St. Gallus* (Lucern, 1871), 172-76.

4. Passio (Ursi et Victoris). *Inc.* Igitur viri bb. U. et V. tunc temporis dum per vasta — *Des.* et ibi basilica... est constructa; et multi arrepti sunt curati... [8587

Exc. Lütolf, t. c. 176-77. — Krusch (Br.), in *MG.* Scr. rer. merov. III. 32, l. 25-33.

5. Passio (Ursi et Victoris). *Inc.* Cum tempore Maximiani imp.,

qui cum collega Diocletiano — *Des.* per Dei gratiam curantur. Passi sunt... Amen. [8588

Surius, VII (1581), 736-37; V (1580), 519-20; IX (1618), 350; IX (1878), 812-13; || *Act. SS.* t. c. 291.

Victor et soc. mm. Thebaei Sanctis (Xantis, Troiae) prope Coloniam, sub Maximiano. — Oct. 10.

1. Passio. *Inc.* Cum omnis homo per morsum vetiti pomi — *Des.* Sed haec ignominiosa abiectio corporum... potius illustravit, praestante... Amen. [8589

Anal. Boll. I. 625-28. — Cf. *Catal. Brux.* II. 286-87, 20°.

2. Passio, translatio etc. auct. Adolpho duce Clevensi († 1448). *Inc. prol.* Alpha et omega, principium et finis, Deus immense — *Inc. pars I.* Omnibus lucet veteres historias revolventibus — *Des. pars V.* usque ad finem devote compleverunt. [8590

Exc. *Act. SS.* Oct. V. 25-26, n. 49, 50; 35, n. 86, 87; 43-46, n. 2, 3, 7, 8, 11-13, 15. — Cf. *ibid.* 17-18, n. 18-21.

Victoria v. m. Romana, sub Decio. — Dec. 23.

Vid. etiam **Anatolia.**

1. Passio. *Inc.* Factum est ut illustris vir Aurelianus Anatoliam (*al.* ad petitionem s. virginis Anatoliae) — *Des.* unde draconem expulerat. Ubi exuberant orationes eius... Amen. Virgines autem... et in vermibus exspiravit. Passa est... Amen. [8591

Anal. Boll. II. 157-60. — Codices inspeximus, in quibus narratio paulo uberior est (cf. *Catal. Brux.* I. 117-18, 61°); ceterum iisdem verbis (praeter var. lect. supra indicatam) *inc.* et *des.*

Aliquando (cf. *Catal. Brux.* I. 383, 6°), omissis primis capitulis, Passio *inc.* " Eo tempore, quo s. Victoria virgo Christi apud territorium Tribulanum pro fide sua... „ [8592

2. Epitomae. **a.** *Inc.* Romae natalis s. V-ae... Haec desponsata Eugenio — *Des.* consumptus a vermibus exspiravit. [8593

Ado, 23 dec. — In legendariis, paucis verbis mutatis, ita haec narratio *inc.* " S. Victoria... victoriosissime triumphavit. Haec desponsata... „ [8594

b. Petrus de Nat. I. 83. — **c.** Iac. Philippus Bergomensis, c. 88.

3. Translatio in Montem Matenanum saec. X. *Inc.* Anno Dñi N. I. C. dcccxxxi, tempore Iohannis XI — *Des.* nihil ulterius de talibus praesumpserat. [8595

Colucci (Gius.), *Antichità Picene,* XXIX, 2 (Fermo, 1796), 28-32.

Victoria v. m. socia S. Ursulae.

Translatio in Burgensem civitatem an. 1320. *Inc. prol.* Laudabili

consuetudine fieri consuevit — *Inc.* Accidit igitur anno Dñi MCCCXX — *Des.* concedere dignaretur. [8596

Brev. Burgense an. 1502; || *Act. SS.* Oct. IX. 251, n. 124; 3ª ed. 251, n. 125.

Victoricus m. Ambianis. *Vid.* 1°) **Fuscianus**; 2°) **Quintinus** m. Viromandensis, **11.**

Victorinus et soc. mm. in Aegypto, sub Numeriano. — Febr. 25.

ADO, 25 febr. — PETRUS DE NAT. III. 151.

Victorinus ep. Amiterninus, saec. VI, al. saec. I/II. — Sept. 5.

Vid. **Severinus** ep. Septempedanus. — De eo etiam PETRUS DE NAT. VIII. 39.

Victorinus ep. Assisiensis m., sub Gordiano. — Iun. 13.

PASSIO. *Inc.* B. igitur Victorinus in regno Assyriorum — *Des.* in Macerata villa, intrante iulio die XIII, regnante... Amen. [8597

Act. SS. Iun. II. 669-71; 3ª ed. III. 163-65.
EXC. OCTAVIUS A S. FRANCISCO, *Assisiensis ecclesiae prima quatuor luminaria...* (Fulginei, 1715), 60-62.

Victorinus m. Romae, saec. I extr. — *Vid.* **Nereus et Achilleus,** 1, V et VI.

Victurius (Victurus, Victorius, Victor) ep. Cenomannensis, † 490. — Sept. 1 (Aug. 25).

In documentis **2** et **3** tamquam distincti proferuntur duo sancti episcopi, Victurus seu Victor alter, alter Victurius, qui dicitur Victuri et filius et successor.

1. *GREG. TURON. *Glor. conf.* 55 (56).

2. VITA. **I.** VICTURI (*Actus pont. Cenomann.* 5). *Inc.* Dñus Victurus Cenomannicae urbis pontifex — *Des.* ut vivere mereamur per cuncta saec. saec. Amen. [8598

II. VICTURII (*Actus...* 6). *Inc.* Dñus Victurius ep., filius praedicti b. Victuri — *Des.* perpetua frui requie, auxiliante... Amen. [8599

MABILLON, *Vet. anal.* III. 68-71; 2ª ed. 243-44.
EXC. *Act. SS.* Aug. V. 142-43, n. 11, 12. — *Ibid.* Sept. I. 223, n. 16.

3. VITA. *Inc.* Tempore illo cum Liborius pontifex urbis Cenomannicae ab hac luce — *Des.* dicentes: Vivat pontifex urbis Victorius, et salvet nos... Amen. [8600

Act. SS. Aug. V. 145-47.

Victurnianus erem. apud Lemovices, saec. VI/VII (?). — Sept. 30.

LAUDATIO. *Inc.* Victurnianus, natione Scotus, honesto loco — *Des.* auxiliari mereamur per Christum. [8601

LABBE, *Bibl. mss.* II. 695; || *Act. SS.* Sept. VIII. 689-90, n. 6, 7

Vigilius ep. Autisiodorensis, † cca. 684. — Mart. 11.

Hist. ep. Autisiod. 22 (LABBE, *Bibl. mss.* I. 427; || DURU, *Bibl. hist. de l'Yonne*, I. 341-42; || *P.L.* CXXXVIII. 243); || *Act. SS.* Mart. II. 72-73 (3ª ed. 71-72), n. 1. — PETRUS DE NAT. VI. 11.

Vigilius ep. Tridentinus m., † cca. 405. — Iun. 26.

1. VITA ET PASSIO. **a.** *Inc.* Sacratissimae martyrum laudes... Ex quibus unus in illis diebus V. effulsit, genere Romanus, civis Tridentinus — *Des.* sancti auxiliantibus meritis. Passus est tandem... Amen. [8602

Act. SS. Iun. V. 165-67; 3ª ed. VII. 144-47; || RESCHIUS, *Annales eccl. Sabionensis*, I. 185-94.

b. *Inc.* Sacratissimae *etc. ut* 1 a... Tempore illo V. namque civis Tridentinus, genere vero Romanus — *Des.* simul eiusdem corporis reliquias. Passus est vero... Amen. [8603

[BONELLI (B.)], *Notizie istorico-critiche intorno al b. m. Adelpreto*, II (Trento, 1761), 328-33.

c. (EPITOME). *Inc. ut* 1 b. — *Des.* ad propria remearent, manu persequente christianorum. [8604

RESCHIUS, t. c. 222-24; || BONELLI, t. c. 319-21.

2. VITA AUCT. BARTHOLOMAEO TRIDENTINO. *Inc.* Italia ubi a Germania distinguitur — *Des.* α) eo quod ex interfectorum prosapia fuisse referantur. [8605

vel β) eo quod... referantur. De hoc b. martyre Gennadius... et doctrina catholica in eo commendatur. [8606

[TARTAROTTI (Girol.)], *Apologia delle memorie antiche di Rovereto di Girolamo Tartarotti* (Lucca, 1758), 308-10 (des. β); || RESCHIUS, t. c. 194-97 (des. α).

EXC. *Act. SS.* t. c. inter annotata ad Vitam **1 a**, " ms. Coloniense „; in quo codice Vita, omisso initio, *inc.* " Imperantibus Gratiano, Valentiniano et Theodosio... „ [8607

3. EPITOME.

PETRUS DE NAT. VI. 10.

Vigor ep. Baiocensis, † ante 538. — Nov. 1.

1. VITA. **a.** *Inc. prol.* Gloria (*al. add.* et honor) omnipotenti Deo Patri — *Inc.* Igitur b. Vigor Atrebatensis (*al.* A-si, *al.* ex A-si) provincia — *Des.* α) ausus fuit possessionem viri Dei invadere. [8608

vel β) unde venit (*al.* venerat) est reversa (*al.* regressa). [8609

vel γ) cum ceteris (*al. add.* omnibus) sanissima evolavit. [8610

Epilogus. Multas siquidem et alias virtutes pietas... [8611

Act. SS. Nov. I. 297-305, col. 1. — (**Mut.**) Surius, VI (1575), 23-25; (1581), 19-21; XI (1618), 7-8; XI (1880), 34-38.

Exc. (ex Surio) Bouquet, III. 421-22.

b. *Inc. prol.* Gloria et honor omnipotenti Deo patri — *Inc.* Igitur b. Vigor Atrebatensi provincia — *Des. ut* 1 β. [8612

Epilogus. Multas siquidem virtutes alias pietas... [8613

Acta SS. l. c., col. 2.

2. Epitomae.

a. Carmen auct. Folcardo Sithivensi. *Inc.* Festa dies patris rutilat — *Des.* flammas compesce gehennae. [8614

Insertum est ab Hariulfo in *Chronico Centulensi*, IV, 20 (D'Achery, *Spicilegium*, IV. 576-77; || Id. ed. de la Barre, II. 342; || *P.L.* CXLVII. 1179-1180; || *P.L.* CLXXIV. 1333-34; || F. Lot, *Chronique de Saint-Riquier*, 1894, 227). — In eodem Chronico non solum lib. IV, c. 20, sed et alibi, praesertim lib. III, c. 28, et lib. IV, c. 5, de S. Vigore nonnulla tradita sunt.

b. Vinc. Bellov. XXII. 39, 40. — **c.** Petrus de Nat. X. 5.

Villana Bottia matrona Florentina, † 1360. — Aug. 26.

Vita auct. Hieronymo Iohannis Ord. Praed. vel Iohanne Caroli Ord. Praed. *Inc. prol.* Universis Christi fidelibus... frater Hieronymus... Dñus ac redemptor noster I. C. — *Inc.* Florentissimam civitatem nostram — *Des.* miro est cum odore collocata; ubi dilectissimus... Amen. Explicit... die IX aug. feliciter. [8615

Act. SS. Aug. V. 864-69.

Vinardus = Winardus.

Vincentia et Margarita vv. et mm., sub Maximiano. — April. 10.

Passio. *Inc.* Facta est persecutio christianis; exiit edictum — *Des.* et venientes christiani... sepelierunt eas in cimeterio uno; ubi multa mirabilia... [8616

De qua *Anal. Boll.* XVII. 55. — Prima verba ex antiquioribus codicibus exscripsi; in recentioribus Passio *inc.* " Facta persecutione in christianos, exiit edictum... " [8617

Vincentianus conf. in Aquitania, † 672 (?). — Ian. 2.

Vita auct. Pseudo-Hermenberto diac. *Inc.* Cum per universum orbem Christi polleret nomen — *Des.* Nullus ex his sanus evasit, nisi qui Deo honorem dedit, ipso largiente... Amen. [8618

Exc. Le Cointe, *Ann. eccl. Franc.* III. 596-600, XXXVII-XLVI. — Mabillon, *Acta*, III, 1. 406-16 (2ª ed. 386-95) subinde in notis. — Cf. Krusch (Br.), in *Neues Archiv*, XVIII. 561-62.

Vincentius, Sabina et Christeta mm. Abulae, sub Diocletiano. — Oct. 27.

1. Passio. **a.** *Inc.* In diebus illis dum post corporeum Salvatoris adventum — *Des.* per eum qui sanctos suos coronavit per bonam confessionem, cui est honor... Amen. [8619

Exc. *Act. SS.* Oct. XII. 205-6 inter annotata. — Cf. *Catal. Paris.* I. 339, 52°; III. 371, 66°.

b. *Inc.* Vincentius, Sabina et Christeta, natione Hispani, patria Elborenses — *Des. ut* 1 a. [8620

Tamayo, *Mart. hisp.* V. 656-58; || *Act. SS.* t. c. 204-5. — Haud scio an Tamayus genuina verba libelli mutaverit.

2. Epitome.

Vinc. Bellov. xiii. 129.

Vincentius m. Aginnensis, ante saec. VI. — Iun. 9.

1. Passio. *Inc.* In Aginnensis quondam urbis territorio, regione Metensium — *Des.* praesentia tanti tumuli. Oremus... Amen. [8621

Act. SS. Iun. II. 166-67; 3ª ed. 164-65.

2. Passio. *Inc. prol.* De s. ac bb. Vincentii m. passione aliqua dicere nos hortantur merita — *Inc.* Igitur in Aginnensis quondam urbis territorio, in regione Metensis ruris — *Des.* aequitatis examine vindicavit. Oremus... Amen. [8622

Anal. Boll. II. 299-301 (omissis iis quae in Passione **1** similia leguntur).

3. Passio. *Inc. prol.* De s. ac bb. Vincentii m. passione triumphus eius aliqua dicere nos hortatur — *Inc.* Tentus itaque in Aginnensi territorio Mireonensis ruris — *Des.* divina sententia vindicaret. Oremus itaque Dñm... Amen. [8623

Bosquet, *Eccl. gall. hist.* II. 171-75.

4. Passio (antiqua?). *Inc.* Bb. Vincentius, levita Agennensis, ut a patribus traditur — *Des.* effulgere cernimus. [8624

Act. SS. t. c. 167-68; 3ª ed. 165-66.

5. Miraculum. *Inc.* Vincentius autem Agenensis urbis... [8625

* Greg. Turon. *Glor. mart.* 104 (105).

Vincentius ep. **et Laetus** mm. Aquenses, ante saec. VI. — Sept. 1.

Passio. *Inc.* De ss. mm. Vincentii et Laeti passione... quantum fideli relatione — *Des.* (*mutila*) quamdiu carnem spiritus custodiret. [8626

Cazauran, *Offices antiques d'Aire et de Dax* (Paris, 1893), 46-50 et 58-62 (= Société de Borda, XVIII. 150-54 et 162-68).

Vincentius diac. Caesaraugustanus m. Valentiae, sub Diocletiano. — Ian. 22.

1. Passio. **A.** Praembulum I. *Inc.* Sub Diocletiano et Maximiano imp. data persecutione — *Des.* die XI kal. febr. [8627

Praembulum II. *Inc.* Probabile satis est ad gloriam V-ii — *Des.* auferre de medio testimonium probitatis. [8628

Praembulum III. *Inc.* Sed quoniam nobilem martyris triumphum... Exstitit enim patre Eutychio — *Des.* opportune exsequebatur. [8629

B. Passio. *Inc.* Cum igitur apud Caesaraugustanam civitatem, ut multorum sinceritas — *Des.* α) reponitur. Ubi meritis ipsius divina multipliciter praestantur beneficia, ad laudem... Amen. [8630

vel β) dum... numerosius consecrat (*al.* consecravit), cumulatius (*al. add.* ipse) consecratus sit (*al.* est) [*al. add.* regnante Dño... Amen. — *vel add.* ut sit nomen Dñi benedictum... Amen. — *vel add.* ad laudem Dñi... Amen]. [8631

vel γ) ubi praestantur beneficia orationum in saec. saec. Amen. [8632

vel δ) ut in b. V-ii fide benedicatur per totam Hispaniam nomen Dñi N. I. C... Amen. [8633

Mombritius, II. 344-46^{v} (des. α ; praemb. I) ; || Faber Stapulensis, *Agones mm.* f. 55^{v}-58^{v} (des. α ; desunt praemb. I et II) ; || Du Breul (Iac.), *Supplementum antiquitatum urbis Parisiacae* (Paris. 1614), 1-11 (des. α ; desunt praemb. I et II) ; || *Act. SS.* Ian. II. 394-97 ; 3^{a} ed. III. 7-10 (des. α ; praemb. i legitur in annot. *a* ad cap. I) ; || Ruinart (1689), 389-97 ; (1713), 366-73 ; (1731), 323-29 ; (1802), II. 343-57 ; (1859), 400-406 (des. α ; deest praemb. I) ; || Florez, VIII. 231-41 (des. α ; deest praemb. I). — Cf. *Catal. Brux.* I. 7-8, 12° (clausula β ; in cod. deest praemb. III). *Catal. Brux.* II. 152-53, 15° (clausula β). *Catal. Paris.* I. 67, 4° (in cod. desunt praeambula et legitur clausula γ). *Anal. Boll.* XVII. 102-3 (clausula δ ; in codice desunt praeambula).

C. Additamentum. *Inc.* Tantam autem gratiam Dñus b. m. Vincentio... contulit — *Des.* α) a Brunihilde quondam regina, ut ferunt (*al.* fertur), est aedificata. [8634

vel β) quam a Br. qu. reg. mirifice ferunt constructam. [8635

vel γ) post altare pii patris Benedicti condigne sepultum est. Quo in loco coruscat... virtutum signis, praestante... Amen. [8636

(Recensio α) *Catal. Brux.* II. 153, lin. 8 sqq. ; cf. *Catal. Paris.* I. 67, 4°. — **Var. lect.** *Anal. Boll.* XVII. 42.
(Recensio β) *Catal. Paris.* II. 615.
De recensione γ cf. *Catal. Paris.* III. 64, 46° ; 193, cod. 13760, 3°.

2. Carmen auct. Prudentio. *Inc.* Beate martyr, prospera diem triumphalem tuum — *Des.* cunctis in aevum saeculis. [8637

* Prudentius, *Peristephanon* V (*P.L.* LX. 378-411) ; || Lipomanus, II,

f. 106ᵛ-9ᵛ; || RUINART (1689), 398-404; (1713), 373-79; (1731), 330-35; (1802), II. 357-71; (1859), 406-11.

3. EPITOMAE PASSIONIS 1. **a.** *Inc.* In illis diebus, cum gravissima in christianos persecutio ebullisset — *Des.* summa cum veneratione sepulturae tradiderunt. Passus est... Amen. [8638

CERIANI (A.), *Monumenta sacra et profana*, I, 2 (Mediolani, 1865), 125-126; || *Anal. Boll.* I. 260-62.

b. *Inc.* B. Vincentius exstitit patre Euticio — *Des.* ut in b. V-ii fide benedicamus per totas Hispanias nomen Dñi I. C... Amen. [8639

Anal. Boll. I. 263-70.

c. ADO, 22 ian.

d. (AUCT. RODERICO CERRATENSI). *Inc.* Vincentius in Osca patre Eutitio — *Des.* et ibi honorifice est sepultum. [8640

